ut solebat, deinde in Secretum se recipiens, relationum libellos manibus tenens Lauziacum ingressus est, et hinc inde circumspiciens Bardam sedentem et sumptuose vestitum vidit; vehementerque turbatus dixit "ingressus ad Augustam rursus hominem eiiciam et deturbabo." ei vero ad horologium progresso Michael cum Damiano venit obviam, nec ad Theodoram ingredi permisit, sed libellos aperire et coram legere cum furore imperavit. id vero exequentem domum regredi et retro abire praecepit. ille amare flens et eiulans discessit ad Lauziacum. porro Bardas occurrit, colaphisque ad genas incessere et capillos eius vellere. eo conspecto drungarius excubiarum Maniaces Bardae assistebat, et ne logothetam percuteret in adversum monebat. Bardas imperatoris iussu id se facere respondit. tunc imperator ex Damiani consilio in medium se protulit, eoque viso una cum Theophane Phalgano logothetam hinc inde impetitum ad Scyla occisum membratim minutimque dividunt. quod cum a papia didicisset Theodora, progressa adversus Michaelem, prout aequum erat, indignata est; et imperatore modis omnibus placare moliente, nullum ipsa solamen admisit, neque iram relaxavit aut leniit dolorem; ex quo imperator in alium mutatus, ut priorem animum et consi-

τρόποις λυπεῖν αὐτὴν κατηπείγετο ὅσοις πρὸ τούτου θεραπεύειν D ἐσχηματίζετο. καὶ δὴ τὰς μὲν ἀδελφὰς αὐτοῦ Θέκλαν Ἀναστασίαν καὶ Ἄνναν ἐξωθεῖ τοῦ παλατίου, καταγαγὼν εἰς τὰ Καριανοῦ, Πουλχερίαν δὲ ὡς ἠγαπημένην τῇ μητρὶ ἀπέστειλεν ἐν τῇ μονῇ τῶν Γαστρίων· εἶθ' οὕτω μετ' ὀλίγον ἑνώσας πάσας ἐν τῇ μονῇ τῶν Γαστρίων ἀπέκειρεν. ὑπὸ δὲ τῆς συγκλήτου πάσης εὐφημισθεὶς μόνος αὐτοκρατορεῖ, καὶ προβάλλεται Βάρδαν μάγιστρον καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν. μὴ διαλλαττομένης δὲ τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἔχθρα ὑπῆρχεν ἀναμεταξὺ αὐτῶν ἄσπονδος. ὁ δὲ αὐτὴν καταγαγὼν εἰς τὸ μοναστήριον τὸ οὕτω τὰ Γαστρία καλούμενον ἀπέστειλεν, ἥτις ἀθυμίᾳ μετεωρισθεῖσα τὸν νοῦν ἀναξίαν ἑαυτὴν συσκευάζει βουλὴν κατὰ Βάρδαν, βουλομένη σὺν πολλῶν καὶ ἄλλοις κοινωνὸν P. 462 καὶ τοῦ βασιλέως τὸν πρωτοστράτορα ὅπως ὑποστρέφοντα Βάρδαν ἀπὸ τοῦ προαστείου αὐτοῦ ἀναιρήσωσιν αὐτόν. ὧν ἡ μελέτη πρὸ τοῦ ἔργου φανερωθεῖσα κατ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν μελετησάντων τὸ κακὸν ἐξενήνοχεν· φωραθέντες γὰρ καὶ κατασχεθέντες ἐν τῇ Σφενδόνῃ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. καὶ προβάλλεται τὸν Βασίλειον Μιχαὴλ ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος πρωτοστράτορα, ὁμοίως καὶ Βάρδαν θεῖον αὐτοῦ κουροπαλάτην. ἔπεσε δὲ τότε κόνις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατενεχθεῖσα ἐπὶ τοὺς κεράμους αἱματώδης πλήρης. καὶ πολλοὶ

13. βουλευομένη? 19. βασιλέα P

lium, ita corporis habitum factaque nova induit, ut tot modis eam contristare contenderet, quot rationibus eam colere prius simularet. ac sorores quidem suas, Theclam Anastasiam et Annam, ad Cariani aedes deductas palatio eiicit: Pulcheriam velut matri dilectam in Gastriorum monasterium delegavit. paulo post vero cunctas in unum collectas in eodem Gastriorum monasterio in monachas detondit. a senatu deinde faustis acclamationibus exceptus imperium nullo consorte solus gessit, et Bardam magistrum scholarumque domesticum instituit. cum matre vero nondum reconciliata inimicitiae intercesserunt perpetuae. ipse aula eiectam in monasterium, cui Gastria nomen, demisit. ipsa animi moerore extra se facta et abrepta, propositum matre indignum induit; et adversus Bardam cum pluribus consilium iniit, cuius participes et alios fecit et imperatoris protostratorem, ut nimirum Bardam e suburbano redeuntem interimerent. consilium, antequam perficeretur opere in lucem detectum, in caput eorum qui facinus fuerant meditati periculum transtulit, in suspicionem siquidem venientes et comprehensi ad Circi metam capitibus truncati sunt. imperator vero demortui vice Michaelem protostratorem instituit, Bardamque pariter avunculum curopalatem. tunc temporis pul-

B εὕρισκον λίθων ἐν ταῖς ὁδοῖς ἢ κήποις ἐρυθροῖς ὡς αἷμα. προβάλλεται δὲ Μιχαὴλ Ἀντίγονον τὸν υἱὸν Βάρδα δομέστικον τῶν σχολῶν· τὸν δὲ ἕτερον υἱὸν αὐτοῦ δοὺς γυναῖκα,
45 εἰς ἣν καὶ ἐλοιδορεῖτο, προβάλλεται αὐτὸν μονοστράτηγον εἰς τὰ δυτικὰ θέματα, τελευτήσαντος αὐτοῦ ἐκεῖσε. μετ' ὀλίγον δὲ τῇ τετάρτῃ τῆς διακαινησίμου προβάλλεται Μιχαὴλ Βάρδαν θεῖον αὐτοῦ Καίσαρα, ὃς ἐπὶ ἅρματος ἐποχηθεὶς ἔδωκεν ὑπατείαν τῇ μέσῃ.

Ἐξῆλθεν δὲ καὶ ὁ Ἀμὲρ καὶ κατῆλθεν μέχρι Σινώπης, ληϊσάμενος πάντα τὰ τῶν Ῥωμαίων. ἐκστρατεύσας δὲ Μιχαὴλ ἅμα Βάρδᾳ Καίσαρι κίνησιν ποιεῖ κατὰ Μιχαὴλ ἄρχοντος Βουλγαρίας διά τε γῆς καὶ θαλάσσης, μαθὼν τὸ τῶν
C Βουλγάρων ἔθνος λιμῷ τήκεσθαι. οἱ δὲ Βούλγαροι τοῦτο μαθόντες ὡς ἤχῳ βροντῆς ὑπεκλίθησαν, καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων καὶ τῆς μάχης περὶ τῆς νίκης ἀπέγνωσαν, καὶ Χριστιανοὶ γενέσθαι καὶ ὑποτάττεσθαι τῷ βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις ᾐτήσαντο. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν ἄρχοντα αὐτὸν βαπτίσας καὶ δεξάμενος ἐπιτέθεικεν αὐτῷ τὸ ὄνομα, τοὺς δὲ μεγιστάνους αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει εἰσαγαγὼν ἐβάπτισεν πάντας. ἔκτοτε γινομένης εἰρήνης βαθείας τὸν Ἀμὲρ πάλιν ἐξελθόντα κατὰ Ῥωμανίας, στρατηλάτης ὢν τῆς ἀνατολῆς Πετρωνᾶς καὶ Νάσαρ τῶν Βουκελλαρίων, λοχήσαντες τὴν ὁδὸν τῆς ὑποστροφῆς αὐτοῦ,
D συναντῶσιν αὐτῷ εἰς τὸν Λαλακάωνα, καὶ συμβολῆς γενομέ-

vis e caelo decidit, et in tectorum tegulas sanguineo colore infectus dilapsus est. plures in viis et hortis lapides sanguinis instar rubros repererunt. Michael autem Antigonum Bardae filium creat scholarum domesticum: alteri vero filio locata coniuge, cuius nomine male audiebat, supremi ducis in Occidentalia themata dignitatem confert: qui etiam ibi vitam finiit. modico post, feria paschatis quarta, Michael Bardam avunculum promovet Caesarem; qui curru per mediam urbem vectus munera sparsit in populum.

Egressus autem Saracenorum ameras Sinopem usque descendit, Romanam omnem regionem vastans. Michael vero una cum Barda Caesare adversus Michaelem alterum, Bulgariae principem, instructum exercitum terra marique movet, quod Bulgarorum gentem fame deficere didicisset. Bulgari quasi tonitrui sonitu percussi soluti sunt animis, et ante certamen conflictumque omnem de victoria desperantes, Christianos se futuros et imperatori Romanisque obsequentes promiserunt. imperator principem eorum aqua tinctum sacra suscipiens, proprium ei nomen indidit, et proceres eius omnes in urbem inductos baptismate lustrari curavit: exinde pace profunda composita ameras in Romaniam movit; eique Orientalis militiae magister Petro-

νης τρέπουσιν Ἀμέρ· καὶ φυγῇ χρησάμενος καταδιώκει αὐτῷ τις τοῦ κομήτων, καὶ τούτου τὴν κεφαλὴν ἄρας ἤγαγεν Πετρωνᾷ στρατηλάτῃ. εἰσελθόντες δὲ οἱ στρατηγοὶ μετὰ ἐπινικίων ἐθριάμβευσαν αὐτὰ ἐν τῷ ἱππικῷ. καὶ ἔκτοτε ἐγένετο γαλήνη μεγάλη ἐν τῇ ἀνατολῇ διὰ τὴν τοῦ Ἀμὲρ σφαγήν. καὶ ἄλλων μὲν οἱ πόνοι καὶ τὰ κατὰ τῶν πολεμίων ἀνδραγαθήματα, ἡ δὲ τοῦ βασιλέως ἀγάπη πρὸς τὸν Βασίλειον ἐξεκέχυτο, καὶ τοῦτον μόνον ἐνόμιζεν εἶναι τὸν θεραπεύοντα αὐτόν.

Ἔκτισε δὲ Μιχαὴλ σταῦλον τοῖς ἵπποις αὐτοῦ, κοσμήσας P. 463
μαρμάροις καὶ ὑδάτων ἐπιρροαῖς, κατασκευάσας ὡραιότατον πάνυ. καὶ τούτου τελεσθέντος ἦν τις ἐν τῇ πόλει ὀνόματι Πέτρος, λόγιος καὶ σκωπτικός, ὃν καὶ πτωχομάγιστρον ἐκάλουν. τοῦτον προσκαλεσάμενος Μιχαὴλ ἐν τῷ σταύλῳ ὑπεδείκνυεν αὐτῷ τὴν ἄλογον τοῦ κατασκευασθέντος οἴκου εὐπρέπειαν, ὡς βουλόμενος ἐπαινεθῆναι παρ' αὐτοῦ, εἰπὼν καὶ τοῦτο ὡς ἀεὶ μνημονεύεσθαι μέλλων διὰ τὴν τοῦ ἔργου τούτου κατασκευήν. ὁ δὲ ἔφη τῷ βασιλεῖ "Ἰουστινιανὸς ἔκτισεν τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, κοσμήσας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ μαρμάροις πολυτίμοις· καὶ μνήμη αὐτοῦ νῦν οὐκ ἔστι. καὶ B
σὺ βασιλεῦ κοπροθέσιον ποιήσας καὶ ἀλόγων ἀνάπαυσιν λέγεις μνημονεύεσθαι διὰ τοῦτον;" ὁ δὲ ἀποτυχὼν τῶν ἐξ αὐ-

nas et Nazarus Buccelariorum dux, structis per viam insidiis, ad Lalacaonem redeunti occurrunt, consertisque manibus ameram in fugam vertunt et salutem pedibus quaerere cogunt. comitum nonnullus fugientem insequitur, et caput eius amputatum tollens ad Petronam militiae magistrum detulit. regressi igitur duces cum victoriae titulis de ipsis in Circo triumpharunt; et ex tunc magna tranquillitas facta est per Orientem, propter amerae interitum. et aliorum quidem labores et adversus hostes egregia facinora * * *. imperatoris porro versus Basilium affectus diffundebatur, et eum solum, a quo commoda reciperet obsequia, reputabat.

Michael equorum stabulum marmoribus adornatum et aquarum copia irriguum instruxit, effecitque visu iucundissimum. eo perfecto Petrus quidam, quem magistrum pauperem vocabant, vir sagax et dicteriis assuetus, in urbe morabatur. Michael eidem ad se advocato instructae domus ineptum ornatum demonstrabat, ab eo laudem recipere cupiens, ac perpetuam nominis memoriam ex huiusmodi operis structura reportaturum se iactans. ille imperatori ait "Iustinianus magnam ecclesiam auro argento marmoribusque pretiosissimis decoratam condidit, eiusque memoria extincta est: tu vero, imperator, stercori loco destinato equorumque domicilio constructo celebrem

τοῦ ἐπαίνων καὶ ὀργισθεὶς τυπτόμενον καὶ συρόμενον ἐξήγα-
γεν τὸν πτωχομάγιστρον.

Φήμης δὲ διαθεούσης περὶ Βάρα Καίσαρος ὅτι τῇ νύμφῃ
αὐτοῦ συμφθείρεται, τοῦτο ἀκούσας Ἰγνάτιος ὁ πατριάρχης
πολλάκις παρῄνεσεν αὐτὸν ἀποσχέσθαι τοῦ τοιούτου μιάσμα-
τος καὶ μὴ πρόσκομμα εἶναι πολλῶν τὸν ἀρετῆς ὑπόδειγμα
καὶ σώφρονος βίου εἶναι ὀφείλοντα. ὁ δὲ μὴ πειθόμενος ἐν-
εἶχε τῷ πατριάρχῃ. καὶ δή ποτε μέλλοντος κοινωνεῖν τὸν
Βάρδαν ὁ πατριάρχης ἀπώσατο ὡς μὴ πειθόμενον κανόσιν ἢ
B παραινέσεσιν· ὃς ὀργῇ πληγεὶς τὴν ψυχὴν τὴν παραινέτην
ὡς ἄνομόν τινα καὶ φθορέα τῆς ἐκκλησίας ἐξέωσεν καὶ βασά-
46 νοις ἀπείροις καὶ ἀνημέροις ὑπέβαλεν, ὥστε ποιῆσαι παραί-
τησιν. τοῦ δὲ μὴ πεισθέντος Φώτιον πατριάρχην ἀντ' αὐτοῦ
χειροτονεῖ, πρωτασηκρῆτιν ὄντα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ λογιώ-
τατον πάνυ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπεστράτευσεν κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν, κα-
ταλιπὼν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ φυλάττειν Ὠορύφαν ὕπαρχον
ὄντα, ὅστις οὔπω τοῦ βασιλέως οὐδὲν ἐξ ὧν ἐμελέτα καὶ κα-
C τὰ νοῦν εἶχεν κατεργασαμένου, τὴν τῶν ἀθέων Ῥῶς ἐμήνυ-
σεν ἄφιξιν, γεγενημένους ἤδη κατὰ τὸν μαῦρον ποταμόν. καὶ
47 ὁ μὲν βασιλεὺς καὶ τῆς ἐχομένης ἐπεσχέθη ὁδοῦ, καὶ δι' ἣν
ταύτην ἀφῆκεν, οὐδὲν βασιλικὸν καὶ γενναῖον εἰργάσατο· οἱ

posteritati te futurum asseris." ille laudibus quas ex eius ore venabatur frustratus, accensus ira verberatum et per vim tractum pauperem magistrum conspectu expulit.

Rumore vero per urbem sparso Bardam Caesarem cum nuru propria corruptam tenere consuetudinem, eoque ad patriarcham delato, Ignatius, ut hoc scelere abstineret, frequentius admonuit, ne plurimis offendiculum praeberet, qui virtutis et omnis temperantiae exemplo esse debuerat. ille autem patriarchae morem non gessit. ad communionem igitur Bardam certo tempore accedentem repulit patriarcha, ceu qui canonibus et monitis non obtemporaret. hic irae plaga percussus animum, monitionem velut sceleratum et morum corruptorem ecclesia eiecit, infinitisque vexationibus et tormentis crudelibus subiecit, adeo ut dignitate se abdicaret. Ignatio resistente, loco ipsius Photium secretariorum ducem, virum eius temporis eruditissimum, patriarcham ordinari curat.

Porro imperator Oorypha praefecto, ut eam custodiret, in urbe relicto, adversus Agarenos axpeditionem suscepit. Ooryphas imperatori nondum longe posito, neque eorum quae meditabatur et in mente habebat quidquam executo, impiorum Russorum ad Nigrum fluvium profectorum adventum nuntiat. imperator arreptae viae poenitens

δὲ Ῥῶς φθάσαντες ἔνδον τοῦ Ἱεροῦ πολὺν εἰργάσαντο φθό-
ρον Χριστιανῶν καὶ ἀθῶον αἷμα ἐξέχεον. ὑπῆρχον δὲ πλοῖα
διακόσια, ἃ περιεκύκλωσαν τὴν πόλιν καὶ πολὺν φόβον τοῖς
ἔνδοθεν ἐνεποίησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς καταλαβὼν μόλις ἴσχυσεν
διαπεράσαι, καὶ δὴ σὺν τῷ πατριάρχῃ Φωτίῳ εἰς τὸν ἐν Βλα-
χέρναις ναὸν τῆς τοῦ θεοῦ μητρὸς παρεγένοντο κἀκεῖ τὸ θεῖον
ἐξιλεοῦνται. εἶτα μεθ' ὑμνῳδίας τὸ ἅγιον ἐξαγαγόντες τῆς
θεοτόκου ὠμοφόριον τῇ θαλάσσῃ ἄκρῳ προσέβαλον. καὶ νη- P. 464
νεμίας οὔσης εὐθὺς ἀνέμων ἐπιφορὰ καὶ τῆς θαλάσσης ἠρε-
μούσης κυμάτων ἐπαναστάσεις ἀλλεπάλληλοι ἐγεγόνεισαν, καὶ
τὰ τῶν ἀθέων Ῥῶς πλοῖα κατεάγησαν, ὀλίγων ἐκπεφυγότων
κίνδυνον.

Βάρδα δὲ τοῦ Καίσαρος ἐν τῇ προελεύσει διερχομένου
μετὰ σκαραμαγγίου ὀξέος εἰς τὸ ὡρολόγιον, καθεζόμενος ἐκεῖσε
Δαμιανὸς πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος οὐκ ἐπηγέρθη τιμῆ-
σαι αὐτόν. τοῦτον ἰδὼν ὁ Καῖσαρ ἐθυμώθη λίαν· καὶ εἰσ-
ελθόντος αὐτοῦ εἰς τὸ Χρυσοτρίκλινον καὶ συγκαθεσθέντος
τῷ βασιλεῖ καὶ δακρύοντος ἀπὸ ὀργῆς καὶ θυμοῦ, ἠρώτησεν
τὴν αἰτίαν ὁ βασιλεύς. ὁ δὲ ἔφη ὅτι τῇ κελεύσει τῆς βασι-
λείας σου ἠξιώθην τιμῆς μεγάλης, Δαμιανὸς δὲ εἰς σὸν ὄνει- B
δος καὶ τῆς σῆς βασιλείας οὐκ ἐπηγέρθη μοι ἐπὶ τῆς συγκλή-
του. θυμωθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς Μαξιμιανόν τινα κοιτωνίτην

expeditionem remittit, nihil regium vel generosum executus. Russi Hierum usque penetrantes plurimam Christianorum caedem ediderunt et innoxium effuderunt sanguinem. erant illis navigia ducenta, quibus urbem circumdederunt et civibus terrorem incusserunt ingentem. urbem versus appellens imperator vix potuit pertransire et ingredi, et exinde cum patriarcha Photio ad sanctae dei genitricis templum Blachernense accessit, ubi divinum numen placare contendunt. deinde cum hymnorum cantibus sacram deiparae vestem efferentes, extremo maris littori eam admoverunt; magnaque prius data aëris tranquillitate, confestim ventorum impetus vehemens excitatus, et in mari prius pacatissimo fluctuum insultus ad invicem facti sunt ingentes, adeo ut impiorum Russorum navigia confringerentur, paucis eorum periculo ereptis.

Bardae vero Caesari celebri processu delato, et violacei coloris scaramangio induto, Damianus patricius et accubitor, ad horologium sedens, honorem exhibiturus, non assurrexit. eo viso Caesar ira excanduit, deauratumque triclinium ingressus, et ad imperatorem considens, ex maerore et furore lacrimis perfusus est. causam imperatori roganti dixit ille "mihi imperii tui iussu dignitate magna proveeto Damianus contemptum et imperio tuo probrum illaturus senatu

παρευθὺς προστάσσει ἆραι Δαμιανὸν καὶ ἐν τῷ ἐμπορίῳ τοῦ
ἁγίου Μάμαντος ἀναγαγεῖν, καὶ τοῦτον ἀποκεῖραι πρῶτον,
καὶ εἶναι ἐν φρουρᾷ· καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ προβάλλεται τὸν
πρωτοστράτωρα Βασίλειον παρακοιμώμενον. ἐζηλοτύπησεν δὲ
Καῖσαρ τοῦτο ἀκούσας, καὶ ἔκτοτε ἐζήτει ἀποκτεῖναι Βασίλειον.
ἐχώρισεν Βασίλειον Μιχαὴλ τῆς ἰδίας γυναικὸς Μαρίας, δε-
δωκὼς αὐτῷ γυναῖκαν Εὐδοκίαν τὴν Ἰγγιρίναν, διορισάμενος
49 αὐτῷ κυρίαν αὐτὴν ἔχειν· ἦν γὰρ αὐτὴ τοῦ βασιλέως παλλακὴ
C καὶ πάνυ ἠγάπα αὐτὴν ὡς εὐπρεπῆ. τὴν δὲ πρώτην αὐτοῦ
γυναῖκα Μαρίαν δοὺς χρυσίον καὶ ἄλλα τινὰ ἀπέστειλεν ἐν
Μακεδονίᾳ εἰς τὰ ἴδια. Θέκλαν δὲ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν προσ-
ήρμοσεν τοῦ ἔχειν αὐτὴν ἰδίως. ἔκτοτε δὲ ὑπεβλέποντο ἀλ-
λήλους ὅ τε Καῖσαρ καὶ ὁ Βασίλειος, ζητοῦντες πῶς ἕτερος
τὸν ἕτερον ἀνέλῃ. ἰδίως δὲ ἐλοιδόρει ὁ Βασίλειος τὸν Καί-
σαρα ὡς κατ' αὐτοῦ μελετῶντα. ὁ δὲ Βασίλειος σπεύδων
πληροφορῆσαι τὸν βασιλέα συμφιλιοῦται Συμβατίῳ πατρικίῳ
καὶ λογοθέτῃ τοῦ δρόμου, γαμβρῷ δὲ Καίσαρος, καὶ δι' ὅρ-
κων ἐβεβαιώσαντο ἀλλήλους ἐν ὁμονοίᾳ καὶ διηνεκεῖ ἀγάπῃ
εἶναι. ἐπληροφόρησε δὲ καὶ Συμβάτιον Βασίλειος δι' ὅρκων
D φρικτῶν, ὡς τοῦ βασιλέως ἀγάπην πολλὴν ἔχοντος πρὸς σέ,
κἀμοῦ σπουδάζοντος τὰ ὑπὲρ σοῦ, μελετᾷ μὲν προβαλέσθαι
σε Καίσαρα, ἀλλὰ διὰ τὸν πενθερόν σου ἀδυνατεῖ τοῦτο ποιῆ-

3. τὸν om P   21. προβάλλεσθαι?

comitatuque praesente non assurrexit." iratus imperator Maximianum quondam cubicularium Damianum tollere et ad S. Mamantis emporium abductum detondere et in custodiam mittere confestim iubet; eodemque die Basilium protostratorem in accubitorem evehit. hoc audito Caesar invidit, et ab eo momento Basilium occidere meditabatur. Michael autem Basilium cum uxore Maria divortium inire coëgit, data ei Eudocia Ingerina, et dominam germanamque coniugem habere iussit. erat quippe imperatoris pellex, et ab eo ceu venustate praestans dilecta. priori vero eius uxori Mariae certo auri pondere et aliis quibusdam collatis, in Macedoniam ad parentes remisit. Theclam vero propriam sororem sibi ascivit, ut eam privatim haberet. ab eo tempore inter se dissidentes, et sinistrum aliquid alter de altero suspicantes Caesar et Basilius, quomodo alter alterum perderet, quaerebant: privatim vero Basilius Caesarem quasi adversum se machinantem conviciabatur. Basilius imperatorem sibi conciliare meditatus, cum Symbatio patricio et cursus publici logotheta Caesarisque genero amicitiam iniit; et datis iuramentis consensum perpetuum et foedus inviolabile inter se habituros promiserunt. certiorem autem reddidit Basilius Symbatium, horrendis iuramentis asserens "te

σαι. ὁ δὲ ἀπατηθεὶς τοῖς ὅρκοις τοῦ Βασιλείου γέγονε κατὰ τοῦ Καίσαρος Βάρδα τοῦ ἰδίου πενθεροῦ, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα ἐξωμόσατο πληροφορήσας αὐτὸν ὡς ὁ Καῖσαρ βούλεταί σε ἀνελεῖν, ἐξειπὼν καὶ τὰ τῆς βουλῆς. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς ὅρκοις τοῦ Συμβατίου πεισθεὶς καὶ τοῖς λόγοις τοῦ Βασιλείου βεβαιωθεὶς ἐνδομύχει κατὰ τοῦ Καίσαρος. εἰδὼς δὲ Βασίλειος ὅτι πάντα καλῶς κατὰ τοῦ Καίσαρος συνεσκεύαστο, ἐν τῇ πόλει μὴ δυνάμενος τοῦτο ποιῆσαι, πείθει τὸν βα- P. 465
σιλέα κινῆσαι στόλον καὶ στρατὸν κατὰ τῆς Κρήτης. τούτου δὲ γενομένου Λέων ὁ φιλόσοφος Βάρδαν Καίσαρα παρῄνει ὑποστέλλεσθαι καὶ συντηρεῖν ἑαυτὸν ἀπὸ Βασιλείου· ὁ δὲ Καῖσαρ τὸν βασιλέα πάλιν ἐπεφωνεῖτο φείδεσθαι τοῦ Βασιλείου. γενομένης δὲ τῆς προελεύσεως εἰς τὰ Χαλκοπράτια τοῦ εὐαγγελισμοῦ, καὶ τῆς εἰσόδου γενομένης, καὶ τοῦ εὐαγγελίου τελεσθέντος, ἀνῆλθεν ὅ τε πατριάρχης Φώτιος καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν τῷ Καίσαρι καὶ Βασιλείῳ παρακοιμωμένῳ ἐν τοῖς κατηχουμένοις, τοῦ πατριάρχου ἐπὶ χεῖρας ἔχοντος τὸ τίμιον σῶμα καὶ B
αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ βάψαντες ὅ τε βα- 50
σιλεὺς καὶ ὁ Βασίλειος τοὺς τιμίους ὑπέγραψαν σταυρούς, ὅρκῳ βεβαιοῦντες τὸν Καίσαρα ἀφόβως ἐξελθεῖν μετ' αὐτῶν ἐν τῷ 51
ταξειδίῳ. φανερῶς γὰρ Λέων ὁ φιλόσοφος παρηγγυᾶτο τῷ Βάρδᾳ μὴ ἐξελθεῖν σὺν αὐτοῖς· ἐξερχόμενον γὰρ ἔλεγεν μὴ

plurimum diligit imperator, meque pro te semper sollicito Caesarem te creare cogitat, sed soceri tui ratione nequit hoc exequi." ille Basilii iuramentis deceptus Bardae Caesari socero proprio adversarius factus est; et ad imperatorem accedens iuramentis adhibitis suasit "Caesar interficere te consiliatur," et coniurationis ordinem aperuit. imperator ergo Symbatii iuramentis ductus, Basiliique testimonio confirmatus, secretas in Caesarem moliebatur insidias. Basilius cuncta contra Caesarem probe instructa cognoscens, seque quod paraverat in urbe non posse exequi, adversus Cretam classem et exercitum movere suadet imperatori. dum haec aguntur, Leo philosophus Bardam Caesarem monet ut se subduceret et a Basilio sibi caveret. Caesar in adversum imperatorem obtestabatur parce Basilio uteretur. annuntiationis autem festo ad ecclesiam, quae est in Chalcopratiis, processu facto, peracto ingressu et evangelio lecto, Photius patriarcha et imperator cum Caesare et Basilio accubitore ad catechumena conscenderunt; et patriarcha pretiosum corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi manibus tenente, calamum intingentes imperator et Basilius, venerandis crucibus appositis, subscripserunt iuramento, Caesari affirmantes eum cum ipsis profectionem sine periculo posse capessere: Leo quippe philosophus Bardam manifeste obtestabatur, ne expeditionis

ὑποστραφῆναι. ἀπὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ ἁγίου πάσχα ἀπάρας
ὁ βασιλεὺς μετὰ πολλοῦ στρατοῦ κατέλαβεν ἐν τῷ θέματι
τῶν Θρακησίων. ἀπληκευσάντων δὲ αὐτῶν εἰς κήπους, Βα-
σίλειος παρακοιμώμενος βουλὴν ἐποιεῖτο ἀνελεῖν Καίσαρα.
ὑπῆρχον δὲ ἐν τῇ βουλῇ Μαριανὸς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ
C Πέτρος ὁ Βούλγαρος καὶ Ἰωάννης ὁ Χαλδίας καὶ Κωνσταν-
τῖνος ὁ Τοξαρᾶς. Ἰωάννης δὲ ὁ Νεατοκόμητος διέγνω ταῦ-
τα, καὶ κατελθὼν εἰς τὴν τοῦ Καίσαρος τένταν ἡλίου δύναν-
τος καὶ συντυχὼν Προκοπίῳ πρωτοβεστιαρίῳ τοῦ Καίσαρος
διεβεβαιοῦτο αὐτῷ ὅτι αὔριον μεληδὸν κατακόπτεται ὁ δεσπό-
της ὑμῶν Καῖσαρ. ὁ δὲ εἰσελθὼν ἀνήγγειλε ταῦτα τῷ Καί-
σαρι. ὁ δὲ Καῖσαρ ταῦτα ἀκούσας εἶπεν Προκοπίῳ "ἄπελ-
θε, εἰπὲ τῷ Νεατοκόμητι· τὰ ζιζάνια ταῦτα σὺ διεγείρεις."
ὄρθρου δὲ βαθέος τοὺς αὐτοῦ πάντας προσκαλεσάμενος διε-
σάφησεν τὰ λαληθέντα αὐτῷ, βουλὴν ἐπιζητῶν παρ' αὐτῶν.
D Φιλόθεος δὲ πρωτοσπαθάριος καὶ γενικός, προσφιλὴς αὐτοῦ
52 ὤν, εἶπεν τῷ Καίσαρι "αὔριον, ὦ δέσποτα, περιβαλοῦ τὸν
χρυσοπέρσικόν σου χιτωνίσκον, καὶ ὄφθητι τοῖς ἐχθροῖς σου,
καὶ ἀπὸ προσώπου σου φεύξονται." τοῦ ἡλίου δὲ ἀνατείλαν-
τος ἵππῳ ἐπιβὰς παρεγένετο πρὸς τὴν κόρτην τοῦ βασιλέως
μετὰ στολῆς λαμπρᾶς. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ Τοξαρᾶς τῇ βουλῇ
Βασιλείου προϋπήντησε προσκυνήσας αὐτόν, καὶ ἐμήνυσε Βα-
σιλείῳ τὴν αὐτοῦ ἔλευσιν. Βασίλειος δὲ ἐξελθὼν προσεκύνη-

comes abiret: egressum enim semel non rediturum praedicebat. sacro vero paschatis festo cum exercitu copioso solvens imperator ad Thracensium thema se contulit: classe autem ad locum cui Horti nomen appellente, Basilius accubitor Caesarem occidere meditabatur. aderant consilio Marianus eius frater, Petrus Bulgarus, Ioannes Chaldius et Constantinus Toxaras: Ioanni vero Neatocomiti consilium innotuit. is veniens ad Caesaris tentorium occidente sole, et Procopio Caesaris protovestiario factus obviam, affirmabat "dominus noster Caesar postero mane membratim concidendus est." ingressus ille nuntiavit Caesari. Caesar his auditis Procopio dixit "abi, dic Neatocomiti: haec zizania tu ipse disseminas." summo vero diluculo iisdem omnibus congregatis, quae nuntiata fuerant, manifestavit et de illis consilium expetiit. Philotheus protospatharius et generalis, fidelis eius amicus, dixit Caesari "crastina die, o domine, aurei et Persici coloris vestimento induere, et inimicis tuis coram appare: a facie tua illi fugient." sole itaque exoriente, conscenso equo, ad imperatoris comitatum veste splendida fulgens accessit. moxque Constantinus Toxaras Basilii consilio morem exhibiturus venerabundus procubuit, et eius adventum Basilio significavit. Basilius pariter progressus Cae-

σεν αὐτόν, καὶ τῇ χειρὶ κρατήσας προσήγαγεν πρὸς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ Καῖσαρ συγκαθεσθεὶς τῷ βασιλεῖ ἔφη "τοῦ λαοῦ παντός, δέσποτα, ἐπισυνηγμένου πρόσταξον διαπεράσαι ἐν τῇ Κρήτῃ." ὄπισθεν δὲ ἑστὼς ὁ Βασίλειος δέδωκεν αὐτὸν μετὰ τοῦ ξίφους, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μετ' αὐτὸν μεληδὸν κατέκοψαν αὐτόν, τοῦ βασιλέως βλέποντος· ὥρα δὲ ἦν τρίτη P. 466 τῆς ἡμέρας. εὐθέως δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ Βασίλειος ἐπὶ τὴν πόλιν ὑπέστρεψαν. ἐρχομένων δὲ κατὰ τὸ ἐμπόριον τοῦ Ἀκρίτα, λαοῦ πολλοῦ συνηγμένου ἰδεῖν τὸν βασιλέα, εἷς τις μοναχικὸν σχῆμα περιβεβλημένος ἐφ' ὑψηλῆς πέτρας ἐπεφώνει τῷ βασιλεῖ "καλὸν ταξίδιον ἐποίησας, ὦ βασιλεῦ, τὸν ἴδιον συγγενῆ καὶ τὸ πατρῷον αἷμα ξίφει ἀνελών. οὐαί σοι, οὐαί σοι, ὅτι ταῦτα ἐποίησας." θυμωθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ Βασίλειος ἀποστέλλουσι μαγγλαβίτην τὸν Μαυροθεόδωρον ξίφει ἀνελεῖν τὸν μοναχόν. οἱ δὲ λαοὶ ἐπιδραμοῦντες ἄνουν καὶ B δαιμονοῦντα αὐτὸν εἶναι· καὶ οὕτως μόλις παρῆλθε τὴν τιμωρίαν. ὀψὲ δὲ σαββάτῳ τῆς πεντηκοστῆς ἐμήνυσε Φωτίῳ πατριάρχῃ ὁ βασιλεὺς διὰ Ῥενδακίου πρωτοβεστιαρίου αὐτοῦ τὴν ἀναγόρευσιν τῆς βασιλείας ποιῆσαι Βασιλείου· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθον δύο σελία. οἱ δὲ λαοὶ διεταράχθησαν, πῶς ἑνὸς βασιλέως ὄντος δύο σελία ἐξῆλθον. τοῦ δὲ βασιλέως διερχομένου ἐν τῇ προελεύσει ὄπισθεν Βασίλειος περιεπάτει φορῶν σκαραμάγγιον μετὰ σπαθίου, ὡς ἔθος παρακοιμωμέ-

sarem veneratus est, et manu apprehensum ad imperatorem deduxit. Caesar imperatori assidens dixit "exercitu cuncto iam collecto iube, domine, in Cretam transfretari." Basilius vero retro stans gladio ictum impegit, et post eum reliqui Caesarem imperatore spectante membratim conciderunt. erat hora diei tertia. statim autem imperator et Basilius in urbem regressi sunt. et ad portum Acritae appellentibus, effusis ex urbe civibus imperatoris videndi cupidis, nonnullus monastico habitu indutus e sublimi petra ad imperatorem vociferabatur "praeclaram certe expeditionem suscepisti, o imperator, qui affinem tibi coniunctum et paternum sanguinem gladio effudisti. vae tibi, vae tibi, qui hoc patrasti." iratus imperator et Basilius carnificum principem mittunt Maurotheodorum, qui monachum gladio interimeret. confertus vero populus dementem et agitatum daemone conclamabat; atque ita vix poenam effugit. ceterum sabbato pentecostes circa vesperam Photio patriarchae per Rendacium protovestiarium imperii consortium Basilio factum, ut coram enuntiaret, significavit. postero die sellae duae delatae sunt: populus vero sub uno imperatore, ut duae sellae deferrentur, obstupebat. imperatore solemni processu progrediente, Basilius, ut moris accubitori, breviori

νοις. μέχρι δὲ τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς οὐκ
C ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἀντιστραφεὶς ἀνέβη τρεῖς βαθμοὺς τοῦ ἄμβωνος ἐστεμμένος· καὶ ὑποκάτω τοῦ ἄμβωνος Βασίλειος ὁ παρακοιμώμενος, κάτωθεν δὲ Βασιλείου Λέων ὁ Κάστωρ καὶ ἀσηκρῆτις, ἔχων τόμον ἐπὶ χεῖρας, καὶ Μιχαὴλ πραιπόσιτος ὁ Ἀγγούρης, καὶ οἱ δήμαρχοι ἅμα τοῖς δήμοις. ἤρξατο οὖν Λέων ὁ ἀσηκρῆτις ἀναγινώσκειν λέγων ὅτι Βάρδας ὁ Καῖσαρ ἐβουλεύσατο κατ' ἐμοῦ ἀνελεῖν με, καὶ διὰ τοῦτο ὑπεξήγαγέ με τῆς πόλεως· καὶ εἰ μὴ διὰ Συμβατίου καὶ Βασιλείου ἐμηνύθη μοι, οὐκ ἂν ἐν
D τοῖς ζῶσιν ἤμην. ἐτελεύτησε δὲ ὑπὸ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας. θέλω δὲ Βασίλειον παρακοιμώμενον, ὡς πιστὸν ὄντα καὶ φυλάττοντα τὴν ἐμὴν βασιλείαν καὶ τοῦ ἐχθροῦ ἐλευθερώσαντά με, εἶναι φύλακα τῆς ἐμῆς βασιλείας καὶ ὑπὸ πάντων εὐφημεῖσθαι ὡς βασιλέα. Βασίλειος δὲ ἐπληροῦτο δακρύων, καὶ δεδωκὼς ὁ βασιλεὺς Φωτίῳ πατριάρχῃ τὸ στέμμα ἄρας ἐκ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, ὡς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ ἐποίη-
53 σεν εὐχὴν ἐπ' αὐτῷ, καὶ οἱ πραιπόσιτοι ἐνέγκαντες διβιτίσιον καὶ τζαγγία ἐνέδυσαν Βασίλειον, ὅστις βαλὼν τὴν χλαμύδα ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως. καὶ ἐξῆλθεν ὁ πατριάρχης, καὶ ἦρεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπέδωκεν

6. Κοιαίστωρ margo P 22. ἦρεν τὸ ἀπὸ τῆς κ. τοῦ βασιλέως στέμμα Comb

tunica ornatus, spatham gerens incedebat. ad regias autem usque portas progressus imperator diadema, prout imperatores solent, non deposuit, sed ad sanctas usque fores cum eo penetravit, et retro versus ac redimitus ambonis gradus tres ascendit. infra ambonem stabat Basilius accubitor, infra Basilium vero quaestor et a secretis Leo, renuntiationis libellum manibus tenens, et Michael praepositus Angurae, et cum tribubus populi earum duces. Leo itaque a secretis incepit legere, dicens "Bardas Caesar mihi necem machinatus est, ideoque urbe me subduxit; et nisi mihi per Symbatium et Basilium innotuisset, vivos inter non amplius agerem; propter scelera vero sua poenas mortemque pertulit. Basilium vero accubitorem, ceu fidelem et imperii servatorem, qui hoste me liberavit, imperii custodem esse volo et ab omnibus velut imperatorem excipi." interim Basilius lacrimis opplebatur; et imperatore Photio patriarchae stemma capite ablatum tradente, ut in sanctam mensam inferret, ipse Photius super eo preces fudit. tum vero praepositi insignioribus vestimentis, quae divitisia, et ocreis imperialibus Basilium induerunt; qui ubi chlamyde indutus est, ad imperatoris pedes procidit. demum egressus patriarcha stemma ex imperatoris capite subla-

αὐτὸ τῷ βασιλεῖ· καὶ τῶν σκήπτρων πεσόντων, ὡς ἔθος, ἔστεψεν ὁ Μιχαὴλ τὸν Βασίλειον, καὶ εὐφήμησαν πάντες P. 467 "Μιχαὴλ καὶ Βασιλείου πολλὰ τὰ ἔτη." ὁ δὲ τὸν τόμον ἐπαναγνοὺς Κάστωρ ὁ ἀσηκρῆτις ἐξελθὼν ἐν Νικομηδείᾳ, καὶ ἐλθὼν εἰς μονὴν ἀνδρείαν ἔμεινεν μέσον τοῦ λιβαδίου. ἦν δὲ ἐκεῖσε φρέαρ, καὶ πεσὼν ἐν αὐτῷ ἀπεπνίγη, καὶ ἐτάφη ἐκεῖσε.

Συμβάτιος δὲ ὁ γαμβρὸς τοῦ Καίσαρος ἀποτυχὼν τῆς τοῦ Καίσαρος ἀξίας, ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τοῦ Βασιλείου, εἰς μῖσος κατὰ τοῦ Βασιλείου κινεῖται, καὶ συμβουλευσάμενος μετὰ Γεωργίου στρατηλάτου τοῦ Πηγάνη τῇ ἐπαύριον αἰτεῖται στρατηγὸς προβληθῆναι ἀντ' αὐτοῦ. καὶ προεβλήθη λογοθέτης τοῦ δρόμου ὁ Γοῦμερ, κἀκεῖνος κόμης τοῦ Ὀψικίου. B καὶ ἐξελθόντες ἅμα ὅ 'τε Συμβάτιος καὶ ὁ Πηγάνης ἤρξαντο καταστρέφειν καὶ πυρπολεῖν τάς τε χώρας καὶ ἀμπελῶνας· ἦν γὰρ καιρὸς τοῦ θέρους, εὐφημοῦντες Μιχαὴλ μόνον, τὸν δὲ Βασίλειον ἀποβδελύττονται. ταῦτα μαθόντες οἱ βασιλεῖς ἐκέλευσαν τοὺς λοιποὺς στρατηλάτας τούτους καταπολεμῆσαι. βουλευσάμενος δὲ Νικηφόρος ὁ Μαλεῖνος ἔρριψεν ἔγγραφα μέσον παντὸς τοῦ λαοῦ, ἵνα δόλῳ τούτους κρατήσωσιν καὶ μὴ φανερῶς πολεμεῖν εἰς ἔμφυλον ἐμπέσωσι πόλεμον. ἐκρατήθη δὲ ὁ Πηγάνης, καὶ ἄραντες αὐτὸν εἰσήγαγον ἐν τῇ πόλει, καὶ τῇ προστάξει τοῦ βασιλέως ἀποτυφλοῖ C

tum ipsi imperatori tradidit, sceptrisque pro more inclinatis Basilium Michael coronavit: cunctique faustis acclamationibus prosecuti sunt "Michaeli et Basilio multos annos." porro ille a secretis, qui tomum legerat, Nicomediam pergens in monasterium quoddam virile profectus, medio in pratello mansit. erat autem ibi puteus, et in eum decidens submersus et sepultus est ibidem.

Symbatius vero Caesaris gener, Caesaris dignitate frustratus, a Basilio se delusum persentiens, adversus Basilium exarsit odio, et consilio cum Georgio Pegane militiae magistro communicato in eius locum dux institui postulavit. Gumer deinde Opsicii comes cursus publici logotheta effectus est; erumpentesque simul Symbatius et Peganes regionem omnem subvertere et agros vitesque igne devastare coeperunt: erat enim messis tempus, faustaque precabantur soli Michaeli, Basilium vero diris devovebant. de quo certiores facti imperatores reliquos duces in eos arma movere iusserunt. porro Nicephorus Maleinus commentus est schedulas per exercitum dispergere, ut iis dolo et arte deprehensis in apertum civile bellum haud deflecterent. comprehensus est itaque Peganes, et sublatum in urbem imperatoris iussu induxerunt. Constantinusque Myiares oculis eum pri-

αὐτὸν Κωνσταντῖνος ἔπαρχος ὁ Μυϊάρης, καὶ καθίσαντες ἐν τῷ Μιλίῳ ἐπέδωκαν αὐτῷ σκεῦος ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ ἔρριπτον πάντες οἱ διαπορευόμενοι ἐν αὐτῷ, εἴ τι ἐκ προαιρέσεως εἶχον. καὶ μεθ' ἡμέρας λ' ἐκρατήθη Συμβάτιος ὁ Ἀρμένης ὑπὸ Μαλεΐνου ἐν Κελτζινῇ ἐν πανδοχείῳ· καὶ εἰσήγαγεν αὐτὸν ὁ Μαλεῖνος εἰς τὸν βασιλέα, ὄντος αὐτοῦ εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα. καὶ προστάξει τοῦ βασιλέως ἄγουσι τὸν Πηγάνην εἰς ὑπάντησιν Συμβατίου, δόντες εἰς χεῖρας τοῦ Πηγάνη θυμιατήριον ὀστράκινον θυμιᾶν αὐτόν· καὶ ἀποτυφλοῦσιν αὐτὸν Συμβάτιον τὸν ἕνα ὀφθαλμόν, καὶ ἐκκόπτουσι
D καὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ ἐκάθισαν αὐτὸν εἰς τὰ Λαύσου, καὶ δεδώκασι σκεῦος ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, ἵνα ὅς ἔχῃ προαίρεσιν, ἐπιρρίπτῃ αὐτῷ τι. καὶ μεθ' ἡμέρας τρεῖς ἀπήγαγον αὐτοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις ἔχοντες ἐν φρουρᾷ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἀποστείλας μηχανικόν, τὸν λεγόμενον Λάβαριν, ἐξάγει Κωνσταντῖνον τὸν Καβαλλῖνον ἐκ
54 τοῦ τάφου, ὃν εὗρεν ὑγιῆ· καὶ θέλων εἰσαγαγεῖν ἐν σάκκῳ, καὶ μὴ χωρούμενον ἐνετύλιξεν αὐτόν. ὡσαύτως καὶ Ἰαννῆν πατριάρχην ἐξήγαγεν ἐκ τοῦ τάφου ἅμα τῷ ὠμοφορίῳ αὐτοῦ. καὶ τούτους προστάξει τοῦ βασιλέως ἀπέκλεισεν ὁ ὕπαρχος ἐν τῷ πραιτωρίῳ, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἱππικοῦ ἀγαγὼν αὐτοὺς καὶ ἀπογυμνώσας ἔτυψε μαγλάβια, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀποστείλας κατέκαυσεν ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ. τὴν δὲ λάρνακα τοῦ Κοπρωνύμου πράσινον οὖσαν καὶ θαυμαστὴν διαπρίσας ἐποίη-

vavit: tum ad Milium considere iusso vasculum manibus tenendum tradiderunt, in quod viatores quod placitum proiiciebant. et post dies triginta Symbatius Armenius a Maleino in Cheltsines hospitio detentus est, quem ad imperatorem ad S. Mamantem tunc profectum Maleinus induxit; et imperatore iubente in Symbatii occursum Peganem advocant, testaceo thuribulo, ut ei thus adoleret, Peganis manibus posito. postmodum Symbatio oculum unum effodiunt, et dextera eius manu amputata ad Lausi aedem statuunt, in eius sinum vase locato, in quod quisque quod suggereret animus mittebat; tribusque diebus peractis in proprias domos custodiendos abduxerunt.

Porro Michael imperator misso artifice, nomine Labari, Constantinum Caballinum e sepulcro eduxit, cuius cadaver sanum et incolume reperit; volensque sacco circumponere, cum capi non posset, circumvolvit illud. Ianem patriarcham pariter una cum pallio monumento eruit. mox imperatoris sententia praefectus in praetorii carceribus inclusit, et equestri certamine celebrato denudatos verberibus afflixit, et ad Amastriani locum ossa eorum missa combussit. e loculo vero

σεν στήθεα ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι ναῷ ἐν τῷ παλατίῳ P. 468
ἐν τῷ Φάρῳ.

Ἐγεννήθη δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς ἐκ Μιχαὴλ καὶ Εὐδοκίας τῆς Ἰγγιρίνης ἔτι περιόντος αὐτοῦ τοῦ Μιχαήλ, μηνὸς Δεκεμβρίου πρώτῃ, ἰνδικτιῶνος ιε'. ἐποίησεν δὲ ἱππικὸν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἁγίῳ Μάμαντι ἱππεύσας Βένετος. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ ἐξ Ἀρμενίων, ὁ πατὴρ Θωμᾶ πατρικίου καὶ γενε- 55
σίου, δρουγγάριος ὢν τῆς βίγλας, ἵππευε λευκός, πράσινος δὲ ἵππευεν Ἀγαλλιανός, ῥούσιος δὲ ὁ Κρασᾶς. νικήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως καὶ ἐπὶ δείπνου καθεσθέντος ἅμα Βασιλείῳ καὶ Εὐδοκίᾳ, Βασιλισκιανὸς ὁ πατρίκιος ἐπῄνει τὸν βασιλέα ὡς εὐφυῶς ἐλάσαντα ἐν τῷ ἅρματι. τοῦτον ἀναστῆναι κελεύσας B
ὁ βασιλεὺς τὰ τζαγγία αὐτοῦ προσέταξε σῦραι καὶ ὑποδήσασθαι. τοῦ δὲ ἀνανεύοντος καὶ πρὸς Βασίλειον ἀποβλέποντος, ἐν θυμῷ προσέταττεν ὁ βασιλεὺς τοῦτο ποιῆσαι. τοῦ δὲ Βασιλείου ἐπινεύοντος αὐτῷ ὑπεδήσατο τὰ τζαγγία. ἔφη δὲ ὁ βασιλεὺς μεθ' ὅρκου τῷ Βασιλείῳ ὡς ὑπὲρ σὲ κάλλιον αὐτῷ πρέπουσιν. μὴ γὰρ οὐκ ἔχω ἐξουσίαν, ὡς σὲ βασιλέα ἐποίησα, καὶ ἄλλον ποιῆσαι; καὶ ὠργίζετο κατὰ Βασιλείου θυμούμενος. δακρύουσα δὲ ἡ Εὐδοκία ἔφη τῷ βασιλεῖ "τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα, δέσποτά μου, μέγα ἐστίν, καὶ ἀναξίως καὶ ἡμεῖς C
ἐτιμήθημεν, καὶ οὐ δίκαιόν ἐστι καταφρονεῖσθαι αὐτό." ὁ δὲ

Copronymi, viridi marmore arte mira composito, et serra per columnas scisso repagula in monasterio ab eo ad Phari palatium condito confecit.

Ceterum imperator Leo ex Michaele et Eudocia Ingerina natus est, superstite adhuc Michaele, prima mensis quarti die, indictione decima quinta. equestres porro ludos ipse Venetae factioni annumeratus ad S. Mamantem imperator edidit. Constantinus autem ex Armenis oriundus, Thomae patricii et genesii pater, excubiarum drungarius, inter illos albus equitavit, Agalianus equitavit Prasinus, hoc est viridis, Crasas tandem Russius. imperatore declarato victore, et ad coenam una cum Basilio et Eudocia sedente, Basiliscianus patricius, ob currum ab eo solerter rectum imperatorem laudabat. eum imperator surgere et imperiales ocreas detrahere et induere iussit. illo renuente et in Basilium oculos coniiciente, imperator cum furore ita fieri mandavit. annuente Basilio ocreas imposuit. ait vero Basilio deum obtestatus imperator "melius illi quam tibi congruunt: nunquid enim, ut te constitui, alium pariter imperatorem creandi mihi potestas est?" haec dicens ira sensim in Basilium exardescebat. Eudocia vero lacrimans imperatori dicit "imperii dignitas, domine mi, praestans est, et ea nos indigni honorati sumus; neque

βασιλεὺς εἶπεν "μὴ λυποῦ περὶ τούτου· καὶ γὰρ καὶ τὸν Βασιλισκιανὸν βασιλέα θέλω ποιῆσαι." Βασίλειος δὲ ἐν θυμῷ καὶ λύπῃ μεγάλῃ γέγονεν. ἐξελθόντος δὲ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ κυνηγίῳ μοναχός τις ὑπαντήσας δέδωκεν αὐτῷ χάρτην, τὴν κατ' αὐτοῦ μελετωμένην ἐπιβουλὴν ὑπὸ Βασιλείου· ὃ ἀναγνοὺς καὶ θυμωθεὶς μελετᾷ κατὰ Βασιλείου. τῆς δὲ μητρὸς αὐτοῦ Θεοδώρας καλεσάσης τὸν βασιλέα εἰς τὰ Ἀνθεμίου, ἀπέστειλεν τὸν Ῥεντάκιον τὸν πρωτοβεστιάριον αὐτοῦ μετὰ καὶ ἑτέρων ἀνθρώπων οἰκείων αὐτοῦ πρὸς τὸ θηρεῦσαί τι καὶ ἀποστεῖλαι τῇ μητρὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ Βασίλειος συνε-
D σκευάζετο κατὰ Μιχαήλ, καὶ ἦν σκυθρωπὸς πάνυ. ἐπὶ δείπνου δὲ τοῦ βασιλέως καθεσθέντος προσεκαλέσατο Εὐδοκίαν καὶ Βασίλειον συνδειπνῆσαι αὐτῷ. τοῦ δὲ βασιλέως οἴνῳ πολλῷ χρησαμένου ἀναστὰς Βασίλειος ὡς διά τινα χρείαν ἐν τῷ κοιτῶνι διαστρέφει τὰ κλεῖθρα δυνατὸς ὤν, ὡς μὴ κλείεσθαι τὴν θύραν· καὶ ἀπελθὼν συνεδείπνει πάλιν μετὰ τοῦ βασιλέως. τοῦ δὲ βασιλέως πάνυ οἰνωθέντος, τῆς Ἰγγερίνης ὡς ἔθος αὐτῷ συγχαιρούσης, ἀναστὰς Μιχαὴλ χειροκρατούμενος παρὰ Βασιλείου ἀπῆλθεν ἐν τῷ κοιτῶνι· οὗ τὴν χεῖρα φιλήσας ἐξῆλθεν Βασίλειος. ἔνδοθεν δὲ τοῦ κοιτῶνος ἦν Βασιλισκιανός, τῇ κελεύσει τοῦ βασιλέως ὑπνώσας ἐν τῇ κλίνῃ
P. 469 Ῥεντακίου πρὸς φυλακὴν αὐτοῦ. Ἰγνάτιος δὲ κοιτωνίτης ἀπελθὼν τοῦ κλεῖσαι τὴν θύραν τοῦ κοιτῶνος εὗρε διεστραμ-

illam contemnere iustum est." respondit imperator "ne super hoc tristeris: Basiliscianum ad imperium promovere animus est." porro Basilius ira et maerore magno tenebatur. egresso autem imperatori ad venandum monachus quidam chartam, qua insidiae a Basilio paratae descriptae erant, tradidit. ea lecta, et in furorem versus, in Basilium machinatur. matre autem Theodora imperatorem ad Anthemii aedes advocante, Rentacium protovestiarium cum domesticis aliis, ut venarentur quod ipse matri offerret, misit. Basilius autem adversus Michaelem facinus struebat, et profundo maerore deprimebatur. ad coenam vero sedens imperator Eudociam et Basilium invitavit ut convivaretur: tum imperatore vino sese ingurgitante, Basilius quasi necessitate ductus in cubiculum interius penetrans serram, cum validus esset, turbavit, adeo ut porta minime claudi posset; et digressus cum imperatore ad coenam recumbebat. imperator iam temulentus, et Ingerina pro more ei collaetante, exurgens a Basilio manu ducebatur et in penetrale secedebat; cuius manum cum deosculatus esset Basilius, discessit. intra cubiculum imperatoris iussu recumbebat Basiliscianus somno gravatus in lecto Rentacii ad eius custodiam. Ignatius autem cubicularius ad ianuam cubiculi observandam progres-

μένην, καὶ ἀπογνοὺς ἐκαθέσθη ἐπὶ τῆς κλίνης τίλλων τὰς τρίχας αὐτοῦ. τοῦ δὲ βασιλέως ὕπνον θανάτῳ παραπλήσιον κοιμωμένου ἀθρόως ἐλθὼν Βασίλειος μετὰ καὶ ἑτέρων τὰς θύρας ἀνέῳξεν· καὶ ἔμφοβος ἐξελθὼν Ἰγνάτιος ἀντέπιπτεν Βασιλείῳ μὴ εἰσελθεῖν. Πέτρος δὲ ὁ Βούλγαρος διὰ τῆς τοῦ Βασιλείου μασχάλης διελθὼν πρὸς τὴν κλίνην τοῦ βασιλέως ἐκρατήθη παρὰ Ἰγνατίου, καὶ ἀντιπίπτοντος αὐτῷ ἔξυπνος ἐγένετο ὁ βασιλεύς. Ἰωάννης δὲ ὁ Χάλδος παρευθὺ μετὰ τοῦ ξίφους δοὺς αὐτῷ ἀπέκοψεν τὰς χεῖρας αὐτοῦ, Ἰακωβί- 56 τζης δὲ καὶ ὁ Πέρσης τὸν Βασιλισκιανὸν ξίφει τρώσαντες B ἔρριψαν αὐτὸν ἄνωθεν κάτω. Μαριανὸς δὲ καὶ Βάρδας ὁ πατὴρ Βασιλείου καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Τοξαρᾶς, οὗτοι ἵσταντο πρὸς φυλακὴν ἔξωθεν· καὶ οὐδεὶς τῶν μετὰ Μιχαὴλ ἔγνω τὰ γινόμενα. συναθροισθέντες δὲ οἱ μετὰ Βασίλειον ὅτι εἰ καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐκόψαμεν, ζῶντα αὐτὸν εἰάσαμεν· καὶ ἐὰν ζῇ, τί ἀπολογησόμεθα; καὶ χαριζόμενος Βασιλείῳ ὁ Χάλδος ὑποστρέψας εὗρε Μιχαὴλ χεῖρας μὲν μὴ ἔχοντα, ἐπὶ τῆς κλίνης δὲ κείμενον ἐλεεινολογούμενον κατὰ Βασιλείου. ὁ δὲ τὸ ξίφος γυμνὸν ἀνηλεῶς ἔπηξεν κατὰ τῆς καρδίας τοῦ βασιλέως, διασχίσας τὰ ἔγκατα αὐτοῦ, καὶ στραφεὶς ἐνεκαυ- C χᾶτο πρὸς Βασίλειον ὡς ἀνδραγάθημα πεποιηκώς. κλύδωνος δὲ ὄντος ἐν τῇ θαλάσσῃ συναθροισθέντες κατῆλθον μέχρι τοῦ περάματος, καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὸν οἶκον Εὐ-

sus confusam reperit. quare in desperationem ductus, capillos sibi vellens, in lecto sedebat. imperatore vero somnum morti quamproximum obdormiente, derepente Basilius cum aliis adveniens ianuas aperuit. tremefactus Ignatius in adversum obstitit, ne Basilius intraret. Petrus autem Bulgarus, sub Basilii axilla irrepens et ad imperatoris lectum penetrans, ab Ignatio vires adversas opponente detentus est; ex quo somnus imperatoris solutus. Ioannes vero Chaldius plaga gladio inflicta manus eius abscidit, Iacobitzes vero Persa et alii Basiliscianum ense vulneratum e lecto in pavimentum deturbarunt. Marianus autem et pater Basilii Bardas et Constantinus Toxaras stabant foris in excubiis, ita ut domesticorum nullus, quae cum Michaele gerebantur, resciret. at coniurati cum Basilio collecti "licet manus eius praesciderimus, vivum tamen reliquimus" dixerunt: "si superfuerit, quam defensionem habebimus?" mox Chaldius Basilium promeriturus intro regressus, Michaelem praecisis manibus de Basilio misere conquerentem et in lecto iacentem reperit, et districtum gladium in imperatoris cor crudeliter adegit, et intestina eius discidit; reversusque ad Basilium gloriabatur, quasi facinus egregium patrasset. tempestate autem in mari exorta, una convenientes ad fretum, illudque

λογίου τοῦ Πέρσου, καὶ τοῦτον ἄραντες ἦλθον εἰς τὰ Μαρίνης, καὶ ἀνελθόντες διὰ τοῦ τείχους ἦλθον μέχρι τοῦ παλατίου. πλὰξ δὲ ἦν περιφράσσουσα τὸ τεῖχος, καὶ κρατήσας Βασίλειος δύο τῶν μετ' αὐτοῦ ὄντων καὶ λακτίσας κατέαξεν τὴν πλάκα, καὶ εἰσῆλθε μέχρι τῆς πύλης τοῦ παλατίου. Εὐλόγιος δὲ Πέρσης ἐλάλει τῇ αὐτοῦ γλώττῃ Ἀρταβάσδῳ ἑταιριάρχῃ, ὡς Μιχαὴλ ξίφει ἐτελεύτησεν, καὶ ἄνοιξον τὸν βα-
D σιλέα. καὶ ὁ Ἀρτάβασδος εἰσδραμὼν πρὸς τὸν παπίαν καὶ ἄρας ἀπ' αὐτοῦ τὰς κλεῖς βιαίως ἤνοιξεν τὸν Βασίλειον. καὶ γενόμενος ἔνδοθεν Βασίλειος ἦρε τὰς κλεῖς τοῦ παλατίου ἐπὶ χεῖρας, καὶ τῇ ἕωθεν Γρηγόριον λεγόμενον τὸν Φιλήμονος ἐποίησε παπίαν. παρευθὺ δὲ ἀποστέλλει ἐν τῷ ἁγίῳ Μάμαντι, καὶ εἰσήγαγεν Εὐδοκίαν τὴν τοῦ Ἴγγερος μετὰ δόξης πολλῆς ἐν τῷ παλατίῳ. ἀπέστειλε δὲ καὶ Ἰωάννην πραιπόσιτον τοῦ ἆραι τὴν Δεκαπολίτισσαν καὶ πρὸς τοὺς ἰδίους γονεῖς ἀγαγεῖν. ἀπέστειλε δὲ καὶ Παῦλον κοιτωνίτην τοῦ ἐνταφιάσαι Μιχαήλ. καὶ ἀπελθὼν εὗρεν αὐτὸν ἐντετυλιγμένον ἐν τῷ σαγίσματι τοῦ δεξιοῦ ἵππου οὗ ἤλαυνεν, καὶ τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἔξωθεν κρεμάμενα. εὕρας δὲ ἐκεῖ θρηνούσας καὶ ἐλεεινολογουμένας ἐπ' αὐτῷ καὶ τὴν μητέρα καὶ τὰς
P. 470 ἀδελφὰς αὐτοῦ, καὶ εἰσαγαγὼν εἰς πλοιάριον, διεπέρασεν ἐν τῇ μονῇ τῆς Χρυσουπόλεως, κἀκεῖ αὐτὸν ἐνταφιάσας ἔθαψεν.

traiicientes, ad Eulogii Persae aedes descenderunt, eoque assumpto ad Marinae deflexerunt, muroque conscenso ad palatium usque venerunt. erat porro tabula obturans murum, quam Basilius manutenentibus comitibus duobus impacta calce confregit, et ad portam palatii penetravit. tum Eulogius Persa patria lingua Artabasdo hetaeriarchae locutus est, Michaelem gladio interiisse: "atque aperi" inquit "imperatori." Artabasdus ad papiam contendens, sublatis vi ab eo clavibus, Basilio aperuit. intro receptus Basilius palatii claves tulit, et Gregorium Philemonis dictum papiam mane instituit. confestim vero ad S. Mamantem misit, et Eudociam cum multo apparatu in palatium intulit; misso etiam Ioanne praeposito Decapolitissam ad proprios parentes retulit. Paulo quoque cubiculario, ut Michaelem sepeliret, mandavit. illuc ipse profectus dextri equi quo vehebatur stragulo involutum comperit, et viscera foris pendentia; feminisque lamentatricibus et luctus pompam super eo celebraturis, matreque et sororibus advocatis, in naviculam impositum ad Chrysopolis monasterium traiici praecepit, ibidemque tumulo conditum sepeliri.

Βασίλειος.

Βασίλειος ἐβασίλευσεν μετὰ Μιχαὴλ ἔτος ἓν μῆνας δ', καὶ μόνος ἔτη ιθ'. προσέταξε δὲ τῷ ἐπάρχῳ καὶ Μαριανῷ υἱῷ Πετρωνᾶ συνελθεῖν ἐν τῷ φόρῳ καὶ ἀναγορεῦσαι μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ μόνον βασιλέα.

Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην γράψαι καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ γενομένην ἐκδίκησιν εἰς τοὺς τὸν Μιχαὴλ διαχειρισαμένους, B
καὶ ἃ πέπονθεν ἕκαστος αὐτῶν διαφόροις καιροῖς. ὁ μὲν Ἰακωβίτζης κυνηγῶν μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ Φιλοπατίῳ, τοῦ ξίφους αὐτῷ ἐκπεσόντος κατελθὼν τοῦ ἵππου ἆραι αὐτό, τοῦ ποδὸς αὐτοῦ μὴ φθάσαντος τῇ γῇ ἐπιβῆναι, ἀλλὰ τοῦ ἑτέρου κρατηθέντος ἐν τῇ σκάλᾳ, θροηθεὶς ὁ ἵππος διέσυρεν αὐτὸν καὶ εἰς φάραγγαν καὶ βοθύνους διελθὼν τοῦτον μεληδὸν κατέκοψεν. Ἰωάννης δὲ ὁ Χάλδος στρατηλάτης γεγονὼς ἐν Χαλδίᾳ, καὶ φωραθεὶς κατὰ τοῦ βασιλέως μελετῶν, προστάξει τοῦ βασιλέως ἀνεσκολοπίσθη παρὰ Ἀνδρέου στρατηλάτου. ὁ δὲ ἐξάδελφος τοῦ βασιλέως Ἀσυλέων ἐξωσθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ προαστείῳ αὐτοῦ ᾧ ἐπώνυμον τοῦ Χαρτοφύλαν, ὡς ἀπηνὴς καὶ ὠμὸς πρὸς τοὺς αὐτοῦ δούλους C
ὤν, μαχαίραις παρ' αὐτῶν ἐν νυκτὶ ἀνῃρέθη· οὓς ὁ βασιλεὺς κρατήσας καὶ μεληδὸν κατακόψας κατέκαυσεν ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ. ὁ δὲ Ἀπελάτης ὁ Πέρσης σκωληκόβρωτος γε- 57

Basilius.

Basilius una cum Michaele annum unum et menses quattuor imperavit, et undeviginti solus; praefecto vero et Mariano Petronae filio, ad forum convenire et imperatorem solum coram omni populo renuntiare iussit.

Exercitam porro in Michaelis parricidas a deo vindictam, et quae singuli temporibus diversis passi fuerint, referre operae pretium duxi. Iacobitzes quidem inter venandum una cum imperatore ad Philopatium gladium in terram lapsum levaturus ex equo desiliit; cumque pes eius terram nondum attigisset, altero in pensili scandula retento, perterritus equus arrepto cursu per valles et praecipitia traxit et membratim discerpsit. Ioannes Chaldius pariter, exercitus dux in Chaldia constitutus, quasi contra imperatorem machinaretur delatus, imperatoris iussu ab Andrea militiae magistro palo affixus est. imperatoris patruelis Asyleo ab ipso in proprium suburbanum nomine Chartophilam relegatus, ut crudelis et inhumanus in domesticos, nocte ab ipsis gladiis confossus interiit: eos apprehensos et membratim concisos ad Amastriani imperator combussit. Apelates Persa a

νόμενος τοῦ ζῆν ἀπηλλάγη. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ Τοξαρᾶς εἰς Κιβυρραιώτας σπαθοκοπηθεὶς τελευτᾷ. καὶ Μαριανὸς ὁ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως τῶν ποδῶν συντριβείς, ἐκ τοῦ ἵππου πεσών, καὶ τοῦ ποδὸς σαπέντος σκώληξι τελευτᾷ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς προελθὼν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Χριστοῦ γέννων ἐν τῇ προελεύσει εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐβάπτισεν Στέφανον υἱὸν αὐτοῦ. ἀγαγὼν δὲ ἵππους λευκοὺς μετὰ ἅρ-
D ματος ἐκάθισεν ἅμα τῇ Αὐγούστῃ, καὶ ὁ πραιπόσιτος σὺν αὐτοῖς Βαάνης βαστάζων ἦν τὸ παιδίον μέχρι τοῦ παλατίου, τοῦ βασιλέως ῥίπτοντος ὑπατείαν ἐν τῇ ὁδῷ.

Ἐγένετο δὲ σεισμὸς τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου μέγιστος, ὥστε τὴν γῆν σείεσθαι ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας· ἔπεσε δὲ τότε καὶ ἡ σφαῖρα τοῦ ζῴδου τοῦ φόρου καὶ τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τὸ σίγμα, ὥστε πάντας τοὺς ψάλλοντας ἐκεῖσε τελευτῆσαι. Λέων δὲ ὁ φιλόσοφος τυχὼν ἐκεῖσε ἔλεγεν τοῖς ψάλλουσιν καὶ πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐκεῖσε ἐξελθεῖν τῆς ἐκκλησίας· οἱ δὲ μὴ πεισθέντες αὐτῷ συνετε-
P. 471 λέσθησαν ἅπαντες. αὐτὸς δὲ ὁ φιλόσοφος εἰς κίονα ὑπὸ συ-
58 στημάτιον σταθεὶς μετὰ ἑτέρους δύο διεσώθη, καὶ ἕτεροι πέντε μόνοι ὑποκάτω τοῦ ἄμβωνος.

Φώτιος δὲ ὁ πατριάρχης ἐλθόντος τοῦ βασιλέως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ μέλλοντος αὐτὸν κοινωνεῖν, τοῦτον ληστὴν καὶ

vermibus corrosus vitam amisit. Constantinus Toxaras apud Cibyrrhaeotas gladiis comminutus periit. Marianus imperatoris frater equo lapsus et pedes contritus, altero pede vermibus putrescente, moritur.

Porro imperator natalitiorum Christi die celebri processus apparatu ad magnam ecclesiam profectus, Stephanum filium suum baptizavit, et equis candidis ad currum iunctis cum Augusta in eo sedit. Baanes autem praepositus una cum eis ad palatium usque puerum gerebat, imperatore per viam nummorum munus spargente.

Ingens autem S. Polyeucti festo terrae motus exortus est, adeo ut diebus quadraginta et noctibus totidem terra concuteretur. decidit tunc equi ad forum positi sphaera et sanctissimae dei genitricis fornix, adeo ut cuncti ad psallendum coacti opprimerentur. Leo vero philosophus ibidem forte repertus cantoribus et reliquis sub eo stantibus ut ecclesia discederent monebat. illi vero minime acquiescentes uno simul fine perierunt. ipse philosophus ad columnam sub aliis structuris stans cum duobus aliis servatus est, nec non alii quinque sub ambone forte sedentes.

Ceterum imperatorem ad ecclesiam accedentem et iam iam sacrorum participem futurum praedonem et homicidam sacraeque communionis indignum Photius patriarcha vocabat. ille furore percitus Romam misit,

φονέα ἔλεγεν καὶ ἀνάξιον τῆς θείας κοινωνίας. ὁ δὲ Θυμωθεὶς 59
ἀπέστειλεν ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἤγαγεν τόμον μετὰ Ῥωμαίων ἐπισκόπων, καὶ τοῦτον τοῦ θρόνου αὐτοῦ ἐξέωσεν, καὶ προεχειρίσατο Ἰγνάτιον τὸν ἐν ἁγίοις πατριάρχην τὸ δεύτερον 60
αὐτοῦ.

Ἐγεννήθη δὲ Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς τοῦ Ἴγγερος Εὐδοκίας, οὗτος παῖς γενόμενος καὶ γνήσιος Βασιλείου. ἐστράτευσεν δὲ ὁ βασιλεὺς κατὰ Ἀγαρηνῶν τῶν εἰς Τιβρικοῖς. καὶ 61
πόλεμον συνάψας ἡττήθη, καὶ πολλάκις συμβαλὼν Ἀγαρη- B
νοῖς πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀπεβάλλετο. ἐν δὲ τῇ τοιαύτῃ φυγῇ τοῦ βασιλέως Θεοφύλακτος ὁ Ἀβήστακτος, ὁ πατὴρ Ῥωμανοῦ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος, διέσωσεν τὸν βασιλέα παρὰ μικρὸν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν κρατούμενον· ὃν ἐπιζητήσας ὁ βασιλεὺς μετὰ ταῦτα καὶ γνωρίσας (πολλοὶ γὰρ ἔλεγον τῷ βασιλεῖ ὅτι ἐγώ εἰμι) ὁ δὲ τὴν τιμὴν ἀφεὶς τόπον βασιλικὸν ᾐτήσατο, οὗ καὶ τέτυχεν. ὑποστρέψας δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ πόλει ἀπέστειλεν Χριστοφόρον γαμβρὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀφρικῇ, καὶ νίκην μεγίστην ποιήσας ἐκπορθεῖ ταύτην κα- 62
ταστρέψας ἕως ἐδάφους. C

Ἰγνάτιος δὲ ὁ πατριάρχης οἰκοδομήσας ἐκκλησίαν εἰς τὸ ἐμπόριον Σάτωρος περικαλλῆ, ἐπ' ὀνόματι Ἀρχιστρατήγου τοῦ ἀνατέλλοντος, καὶ μονὴν πεποίηκεν ἀνδρεῖον, ἔνθα καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπόκειται.

7. forsan Τεφρικῆς vel τῆς Ἀφρικῆς margo P

et Romanis episcopis deferentibus scriptam in eum sententiam obtinuit, eundemque throno deturbavit, et Ignatium sanctissimum patriarcham secundo instituit.

Ex Eudocia vero Ingeris filia Alexander imperator natus est. hic puer Basilii fuit legitimus. imperator vero adversus Agarenos Africam habitantes armavit, et commissa pugna superatus est, renovatisque praeliis Romanos plures Agarenorum armis amisit. in illa autem imperatoris fuga Theophylactus Abestactus, Romani qui deinde imperavit pater, imperatorem ab Agarenis ferme captum liberavit. quem conquisitum imperator postmodum agnovit: plures enim imperatori dicebant "ego sum qui liberavi." ille vero honore contempto fundum imperatorium expetiit, quem et impetravit. reversus in urbem imperator Christophorum generum in Africam misit, et maxima victoria potitus locum vastavit et ad solum usque deiecit.

Ignatius autem patriarcha ecclesiam insignem ad Satoris emporium sub Orientis archistrategi nomine constructam virorum effecit monasterium, ubi corpus eius depositum est.

Θέκλας δὲ τῆς ἀδελφῆς ἀποστειλάσης πρὸς τὸν βασιλέα δι' ὑπόμνησίν τινα, μέτριον ὄντα αὐτῆς ἄνθρωπον, ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ὅτι τίς ἔχει τὴν κυρίαν σου. ὁ δὲ εἶπεν ὅτι ὁ Νεατοκομίτης. παρευθὺ δὲ ὁ βασιλεὺς ἤγαγεν αὐτὸν καὶ τύψας ἀπέκειρεν, καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἐνέδυσεν αὐτόν. ὡσαύτως δὲ καὶ Προκόπιον τὸν πρωτοβεστιάριον αὐ-
D τοῦ ἀποστείλας ἔτυψε τὴν Θέκλαν, καὶ ἄρας πάντα τὰ χρήματα αὐτῆς εἰσεκόμισε τῷ βασιλεῖ· τὸν δὲ Νεοτοκόμητα μετὰ ταῦτα ἐποίησεν οἰκονόμον ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

63 Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἐβάπτισεν τοὺς Ἑβραίους πάντας, ὅσοι τῷ τότε χρόνῳ ὑπὸ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὑπῆρχον, ἀναδεξαμένων αὐτοὺς πάντων τῶν ἐν ἀξίαις, φιλοφρονησάμενος καὶ δῶρα παρασχόντος αὐτούς. τὸν δὲ προειρημένον Νικόλαον τὸν Ἀνδροσαλίτης, τὸν καὶ προσμονάριον τοῦ ἁγίου Διομήδους, ᾧ τινὶ ὁ μάρτυς ἐπεφάνη ὡς προείρηται, ἐτίμησεν αὐτὸν οἰκονόμον καὶ σύγκελλον, τὸν δὲ ἕτερον αὐτοῦ Ἰωάννην ἀδελφὸν δρουγγάριον τῆς βίγλας, τὸν δὲ ἕτερον ἀδελφὸν αὐ-
P. 472 τῶν Παῦλον τοῦ σακελλίου, τὸν δὲ τέταρτον γενικὸν λογοθέτην· τελευτήσαντος δὲ Νικολάου τοῦ συγκέλλου θάπτουσιν αὐτὸν εἰς Ἀρκαδιανοὺς εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, ἔνθα ἐστι
64 τὸ μετόχιον τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου.

Ἐμηνύθη δὲ τῷ βασιλεῖ ὡς ἡ Συράκουσα παρὰ τῶν

quare solutis equorum habenis retro sectabantur. Romani fugientes invicem se proterebant, ita ut qui praecedebat fugiens, retro positum non attenderet: audito quippe pedum equorum pulsu dicebat "en ut ab hostibus fugatur;" et donec decidens in terram equus moreretur, a fugae cursu vix ullus sibi temperabat. exinde plures pedibus salutem quaerebant, equis nimirum ex longa statione in acie viribus defectis. fame autem et siti consumpti plures, cum modicum processissent, in terram lapsi animam efflabant. nullus fuit qui arma loricasque per viam non proiiceret. alii oppida quaedam occupantes, a Bulgaris postmodum obsessi captique in servitutem abducti sunt. hostes porro retro fugientium arma non impigri collegere: nostri vero donec ad urbem appellerent, fuga semper usi sunt. ad urbem quoque perveniens imperator ingressus est, et portas civitatis occlusit, ne fusus exercitus aliquod malum moliretur. Bulgari per spatium aliquod fugientes insectati, captata deinceps opportunitate progrediebantur. erant enim pariter longa statione fatigati, et equi debiles, armisque, ut dictum est, collectis onerati; et oppida, in quae profugerant nostri, obsidebant. imperator demum cum maerore fletuque civitatem ingressus patriarcham adiit. comitabantur magister et

6 στιανοί, καὶ ὅτι οὐκ εὐδοκιμεῖ ὁ θεὸς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ πενθεροῦ μου, οὐδὲ εἰς τὴν γενεὰν αὐτοῦ, ἐπεὶ πλείους ἤμεθα ἡμεῖς τῶν πολεμίων, καὶ προθυμίαν οὐδεὶς ἔσχεν, ἀλλὰ πάντες ἔφυγον. καὶ τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν λοιπῶν παραμυθουμένων αὐτῷ, καὶ βουλευομένων τί ἂν ποιήσωσιν, καὶ
D ἐκδεχομένων ἵνα σωρευθῶσιν πάντα τὰ θέματα καὶ δώσῃ ὁ βασιλεὺς διαταγήν, τὸ θέμα τῶν ἀνατολικῶν πρῶτοι φυγόντες τοῦ πολέμου ἐποίησαν βουλὴν πονηράν, ἔχοντες στρατηγὸν υἱὸν Βάρδα τοῦ Ἀρμενίου, καὶ μουλτεύσαντες ἐξευφήμησαν τὸν αὐτὸν Λέοντα εἰς βασιλέα, καὶ μηδενὸς ἀνθισταμένου ἀνοίξαντες τὰς πόρτας εἰσήγαγον αὐτὸν παμπληθεὶ εἰς τὴν πόλιν. ἀκούσας δὲ ταῦτα Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς προσέφυγεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λαβὼν λόγον ἀπεκείρατο γενόμενος μοναχός.

P. 431 *Περὶ τῆς βασιλείας Λέοντος υἱοῦ Βάρδα τοῦ Ἀρμενίου.*

Λέων οὖν εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον, καὶ παραλαβὼν πάντα, ποιήσας προέλευσιν εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀνελθὼν εἰς τὸν ἄμβωνα ἐστέφθη ὑπὸ Νικηφόρου τοῦ τηνικαῦτα πατριάρχου ὄντος, μηνὶ Ἰουνίῳ, δεκάτῃ, ἰνδικτιῶνι
7 ἑβδόμῃ, πρότερον ποιήσας ἰδιόχειρον μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ

magnus domesticus et patricii reliqui. imperator lugens aiebat "omnino peccatis meis exigentibus hoc passi sunt Christiani. imperium soceri mei invisum habet deus, eiusque sobolem aversatur: cum plures enim hostibus numero essemus, nulli nostrum adfuit animus, verum singuli turpi fuga dilapsi sunt." patriarcha reliquisque eum consolantibus, et quid agendum consulentibus, donec legiones omnes convenirent, ut mandatum daret imperator, praestolabantur. interim Orientalium, qui primi fugerunt e bello, legio, cui Bardae Armeni filius praefectus erat, tumultuabatur; et Leonem ipsum imperatorem faustis vocibus prosequebatur. tum nullo se opponente, reseratis portis in urbem conferta multitudine induxerunt. audiens autem haec Michael imperator profugus in ecclesiam, fide accepta, monachus factus comam deposuit.

De Leonis filii Bardae Armeni imperio.

Leo itaque palatium ingressus est; et assumptis imperii insignibus celebri processu facto ecclesiam adiit, et conscenso ambone a Nicephoro tunc temporis patriarcha coronatus est mensis Iunii die decimo, indictione septima, chirographo priùs a se et comitibus ex-

μηδέποτε κατὰ τῆς ἐκκλησίας γενέσθαι ἢ παρασαλεῦσαι τῶν καλῶς εἰς αὐτὴν ὁρισθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἱερῶν B δογμάτων, ὅπερ οὐκ ἐφύλαξεν ψεύστης ὤν, καὶ καθάπερ ὁ λόγος ὑπογράφει τὸν χαμαιλέοντα ἐναλλάττειν τὰς μορφάς, οὕτως καὶ αὐτὸς ποτὲ μὲν ὡς χρηστολόγος καὶ ἄριστος φαινόμενος, ποτὲ καὶ τοὐναντίον, ὅπερ καὶ δικαίως ἐπωνομάσθη Χαμαιλέων ὑπὸ ἁγίου ἀνδρός. ἐκβαλὼν οὖν Λέων, καθὼς προείρηται, τὸν Μιχαὴλ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τυραννικῶς παρέλαβεν αὐτὸς τὴν βασιλείαν, καὶ κουρεύσας Προκοπίαν τὴν Αὐγούσταν, γυναῖκα τοῦ Μιχαήλ, τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐξευνούχισεν κουρεύσας αὐτά, καὶ ἐκούρευσεν αὐτοὺς εἰς τὰ νησία, ἐπάρας δὲ πάντα ὅσα εἶχον, μὴ ἐάσας αὐτοῖς μήτε τὰ C ἴδια μήτε τὰ τῶν γονέων αὐτῶν, ὥστε ὑστερεῖσθαι αὐτοὺς καὶ τῶν ἀναγκαίων. αὐτοὶ δὲ ηὐχαρίστουν ἐν πᾶσι τὸν θεόν. ἦν δὲ ὁ Μιχαὴλ τέλειος μὲν τὴν ἡλικίαν, αὐτὸ τὸ ἄνθος ἄγων τῆς νεότητος, στρογγυλοπρόσωπος, σιτόχροος, μαύραν ἔχων τὴν κεφαλὴν καὶ ἐπιάγουρον, καὶ τὸ γένειον εὐπρεπῶς D διακείμενον, ἐν τῇ ὄψει αὐτοῦ, μαῦρον καὶ αὐτό, πρᾶος δὲ πάνυ καὶ ἀγαθός, εἴ καί τις ἄλλος. οὗτος θλίψεις πολλὰς ὑπέστη διὰ τὴν ὠμότητα τοῦ ἀσεβοῦς Λέοντος· καθ' ἡμέραν τὸν θάνατον ἐκδεχόμενος, καὶ μετ' ὀδύνης καθ' ἡμέραν τὸν ἄρτον αὐτοῦ ἐσθίων, ὁ κύριος ἀβλαβῆ ἐφύλαξεν παραδόξως

1. τῶν] τι τῶν? 11. ἐξώρισεν?

hibito, nihil adversus ecclesiam innovari aut a sanctis patribus circa sacra dogmata quondam bene definita nihil immutari toleraturum; quod nullatenus praestitit, mendax videlicet, et ut vulgo fertur chamaeleontem varios induere colores, ita et ipse sermone semper varius, nonnunquam probis praeditus moribus et bonus apparens, quandoque contrariis infectus; ex quo merito chamaeleon a sancto viro cognominatus est. eiecto igitur, ut praemissum est, Michaele, Leo tyrannice sumpsit imperium, et tonsa Procopia Augusta, Michaelis coniuge, filios eius pariter per insulas detonsos virilibus orbavit. vix quoquam etiam relicto propriorum, aut eorum quae a parentibus acceperant, adeo ut necessaria quoque eis deficerent, cuncta abstulit: ipsi vero deo in omnibus gratias referebant. erat porro Michael aetatis perfectae vi, ipso inventutis flore conspicuus, vultu rotundo, colore frumentum referente, nigro capite et virili barba decenter composita, eaque ad vultus speciem nigra. mansuetus porro et urbanus, si quis alius, exstitit. hic calamitates multas impii Leonis crudelitate sibi inflictas, etiam morte propediem expectata, sustulit; quotidianumque panem cum animi maerore comedens mortem praestolabatur a domino. nihilo secius praeter opinionem custoditus est, ne

D ἐκ τῆς κακουργίας αὐτοῦ. καὶ λοιπὸν ἦλθον οἱ Βούλγαροι μηδενὸς αὐτοῖς ὑπαντῶντος ἢ κωλύοντος ἕως τῆς πόρτης, καὶ ποιήσας ὁ Κροῦμμος θυσίαν κατὰ τὸ ἔθος αὐτοῦ ἔξωθεν τῆς Χρυσῆς πόρτης ἔθυσεν ἀνθρώπους καὶ κτήνη πολλά. καὶ εἰς τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης βρέξας τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ περικλυσάμενος, καὶ ῥαντίσας τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ εὐφημισθεὶς ὑπ' αὐτῶν, διῆλθεν μέσον τῶν παλλακίδων αὐτοῦ, προσκυνηθεὶς ὑπ' αὐτῶν καὶ δοξασθείς, καὶ ταῦτα θεωρούντων ἐκ τῶν τειχῶν πάντων, καὶ μηδενὸς τολμῶντος κωλῦσαι αὐτὸν ἢ ἀπολῦσαι βέλος κατ' αὐτοῦ. καὶ ποιήσας πάντα τὰ ἐπιθυμήματα αὐτοῦ καὶ ἅπερ ἐβούλετο, περιεκύκλωσεν τὴν πόλιν, καὶ ἔβαλεν χάρακα ἐν αὐτῇ, καὶ ποιήσας ἡμέρας τινὰς καὶ P. 432 πραιδεύσας τὰ ἔξωθεν τῆς πόλεως, ἤρξατο ζητεῖν πάκτα χρυσίου καὶ ἱματισμῶν πολὺν ἀριθμόν, καὶ κοράσια ἐπίλεκτα ποσότητά τινά. καὶ δὴ ποιήσας ὁ Λέων βουλὴν μετὰ τῶν ἀρχόντων, ἐδήλωσεν τὸν Κροῦμον ὅτι ἐλθὲ ἕως τοῦ αἰγιαλοῦ μετὰ ὀλίγων τινῶν μὴ ἐπιφερομένων ὅπλα, καὶ ἡμεῖς ἐξερχόμεθα διὰ τῆς θαλάσσης ἄοπλοι μετὰ χελανδίου, καὶ συλλαλοῦμεν· καὶ ἅπερ ᾐτήσω πάντα ποιοῦμεν. καὶ ταῦτα δηλώσαντες, διὰ τῆς νυκτὸς ἐξαγαγόντες τινὰς ἐνωπλισμένους ἕως ὀνομάτων τριῶν, καὶ κατέκρυψαν αὐτοὺς ἐν δωματίοις τισὶν τῶν Γάλλης ἔξωθεν τῆς πόρτης τῶν Βλαχερνῶν, δώσαντες αὐτοῖς σύσσημον ὅτι διαλεγομένων ἡμῶν μετὰ τοῦ

Leonis nequitia laederetur. venerunt itaque Bulgari, nullo ipsis occurrente vel aditum prohibente, usque ad civitatis portam; et Crummus sacra pro more faciens ad Chrysen portam homines et animalia plurima mactavit, et ad maris littus tinctis aqua pedibus lotus est totus, populoque aqua resperso faustis acclamationibus ab eo cumulatus; medioque pellicum agmine pertransito ab eis laudem et honorem excepit, spectantibus ex muris civibus cunctis, nulloque prohibere vel telum in eum mittere auso. his pro libito peractis, et quae decreverat gestis, urbem obsidione cinxit et undequaque circumvallavit, diesque plurimos moratus et urbis loca vicina depraedatus, auri pensum annuum vestimentorumque numerum non contemnendum et electarum virginum gregem non modicum expetiit. quare consilio cum proceribus habito Crumo significavit Leo "cum paucis quibusdam arma non ferentibus ad maris usque littus procede; nosque pariter navicula sine armis mari prodibimus, habitoque colloquio, quae expetiisti, cuncta praestabimus." his ita significatis, nonnullis ad trium numerum armatis noctuque eductis, ad Blachernas in domunculis Gallae occultaverunt se signumque dedere: "nobis cum Crumo

Κρούμου σημεῖόν τι ἔχομεν ποιῆσαι, ὅπερ θεασάμενοι ἐξέλ- B θατε καὶ ἀποκτείνατε αὐτόν. καὶ τῇ ἐπαύριον ὄντων τῶν Βουλγάρων ἐπὶ τὸ μέρος τῶν ἁγίων Ἀναργύρων ἔξωθεν τῆς πόλεως, κατῆλθεν ὁ Κροῦμος ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατὰ τὴν συνταγὴν μετὰ ἄλλων τριῶν, τὸν λογοθέτην αὐτοῦ καὶ Κωνσταντῖνον τὸν λεγόμενον τοῦ Πατζικοῦ, φυγόντος εἰς Βουλγαρίαν πρὸ πολλῶν ἐτῶν, ἔχοντα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὄντα ἐξ ἀδελφῆς τοῦ Κρούμου. οὗτοι τέσσαρες ἐξελθόντες τοῦ λαοῦ αὐτῶν ἄοπλοι κατῆλθον ἕως τῆς θαλάσσης κατὰ τὴν συνταγὴν μετὰ ἄλλων τριῶν, μὴ γινώσκοντες δὲ τὸ ἔνεδρον αὐτῶν. λοιπὸν δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθον μετὰ χελανδίου, βουλόμενοι συλλαλῆσαι μετὰ τοῦ Κρούμου, καὶ λαβόν- C τες λόγον ἐξῆλθον τοῦ καραβίου. καὶ ἀποκαβαλλικεύσας ὁ Κροῦμος ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ ἐκράτει ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου στρωμένον χαλινωμένον. καὶ διαλεγομένων αὐτῶν ἐποίησεν ὁ εἷς τῶν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σημεῖον, ὃς ἦν ὁ Ἑξαβούλης, τῇ χειρὶ τὴν κεφαλὴν ἀποσκεπάσας. ὃν ἰδὼν ὁ Κροῦμος καὶ σκανδαλισθεὶς ἀνεπήδησεν, καὶ ἔχων ἕτοιμον τὸν ἵππον, σηκώσαντες αὐτὸν οἱ μετ' αὐτοῦ, ἐκαβαλλίκευσεν. καὶ ἀνέκραζεν ὁ λαὸς ἀπὸ τῶν τειχῶν "σταυρὸς ἐνίκησεν." καὶ αὐτὸς ἤρξατο φεύγειν. καὶ ἐξελθόντες οἱ ἐνωπλισμένοι ἐκ τῶν δωμάτων κατεδίωξαν ὀπίσω τοῦ Κρούμου, καὶ ἀπολύσαντες αὐτῶν τὰ βέλη [ὡς] ᾠήθη- D σαν ὅτι ἐπλήγωσαν αὐτόν. αὐτὸς δὲ μονώτατος ἔφυγεν εἰς

colloquentibus signum aliquod edemus, quod conspicati foras erumpite et eum interficite." postero die Bulgaris ad sanctorum mercede non conductorum aedem stantibus extra civitatis portam, ex condicto Crumus versus mare profectus est cum tribus aliis, logotheta videlicet eius et Constantino Patzici, qui ante plures annos in Bulgariam fugerat, filio, alium filium praesentem ex Crumi sorore habente. quattuor isti reliquo exercitu discedentes et inermes cum aliis tribus iuxta condictum ad mare devenerunt, insidias sibi paratas ignorantes. egressi sunt pariter ex urbe lintre vecti, qui cum Crumo colloquium habituri erant; et accepta fide e navi prodierunt. Crumus equo descendens in terram desedit, eius equo sella frenisque instructo Constantini filii manu detento. ipsis inter se disserentibus nonnemo signum ex urbe dedit: fuit is Exabules, qui manu caput aperuit. animadvertit Crumus, et animo percussus exiliit, et in equum iam paratum a sociis evectus equitare coepit: mox populus e moenibus in clamorem erupit "crux vicit." ipso fugam arripiente, armati viri ex domunculis egressi retro insecuti sunt, et emissis telis vulnera

τὸν λαὸν αὐτοῦ. οἱ δὲ ἄλλοι τρεῖς ἐπιάσθησαν ὑπὸ τῶν ὄντων ἐν τῷ χελανδίῳ. καὶ ὁ μὲν λογοθέτης παραυτὰ ἐσφάγη, Κωνσταντῖνος δὲ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ζῶντες ἐπιάσθησαν. λοιπὸν οὖν τούτων γενομένων θυμωθεὶς ὁ Κροῦμος ἐκέλευσεν ἐπαύριον ἐμπυρίσαι καὶ καταστρέψαι πάντα τόπον. καὶ ἀρξάμενοι ἐμπυρίζειν κατέκαυσαν πάσας τὰς ἐκκλησίας τὰς ἀντίπεραν τῆς πόλεως μεγάλας οὔσας, ἃς ἀνεκαίνισεν Εἰρήνη καὶ Νικηφόρος καὶ Μιχαήλ· ὁμοίως καὶ τὰ μοναστήρια καὶ τὰ παλάτια καὶ τοὺς οἴκους καὶ τὰ προάστεια. καὶ ἐλθόντες εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα ἐνεπύρισαν τὰ ἐκεῖσε παλάτια καὶ τοὺς δύο κοιτῶνας, καὶ τοὺς κίονας κατέκλασαν, καὶ τοὺς P. 433 μολύβδους ἐπῆραν καὶ τὰ ζωδία τοῦ ἱπποδρομίου, καὶ πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν κατέσφαξαν, καὶ ὁμοίως καὶ τὰ κτήνη. καὶ διελθόντες πᾶσαν τὴν παραθαλασσίαν τοῦ Στενοῦ καὶ τὴν ἄνω, πάντα τὰ ἐμπόρια κατέκαυσαν, καὶ ἄραντες σκῦλα πολλὰ ᾤχοντο. καὶ πιάσαντες τὸ δεξιὸν μέρος τῆς πόλεως πρὸς ἀνατολάς, κατέκαυσαν τὸ ἔξωθεν τῆς Χρυσῆς πόρτης ἕως τοῦ Ῥηγίου· καὶ ἐλθόντες εἰς τὸν Ἀθύρα κατέστρεψαν τὸ ἐκεῖσε 9 κάστρον καὶ τὴν γέφυραν, παράξενον οὖσαν καὶ πάνυ ὀχυρωτάτην. καὶ ἐλθόντες εἰς Σηλυβρίαν κατέστρεψαν τὸ αὐτόθι κάστρον ἕως τοῦ ἐδάφους, καὶ τὰς ἐκκλησίας καὶ τοὺς οἴκους B κατέκαυσαν· καὶ μετὰ τοῦτο τὸ Δαόνιν κάστρον ὑπάρχον κατέστρεψαν. καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν Ἡρακλείας, μὴ δυνάμενοι εἰς αὐτὴν εἰσελθεῖν, ἐνεπύρισαν πάντα τὰ οἰκήματα

inferre meditabantur. is omnino solus in exercitum se recepit, alii tres qui in navicula remanserant detenti sunt. logotheta confestim occisus est, Constantinus autem et eius filius vivi servati. his ita gestis, iratus Crumus incendi subvertique locum omnem postero die iussit. positoque incendio cunctas ecclesias trans civitatis portum praeclaras quasvis, et ab Irene Nicephoro et Michaele reparatas, nec non monasteria palatia domos suburbana combusserunt. ad S. Mamantem pariter progressi, palatiis ibidem constitutis geminisque cubiculis subiecerunt ignem, columnas confregerunt, et plumbum repertum rapuerunt, animantiumque statuas in circo positas tulerunt secum, captivos omnes dederunt neci, nec iumentis ipsis et animalibus pepercere. hinc portus, cui Steni nomen, littore tractuque superiore peragrato navalia succenderunt, sublatisque secum spoliis pluribus discesserunt. tum occupata dextera civitatis parte, ad Orientem ignem a porta Chryse ad Regium usque miserunt. Athyra deinde profecti castrum ibi erectum demoliti sunt, et praeclarum illum pontem quamvis firmissimum deiecerunt. Selybriam postmodum profecti ad solum usque castrum ibidem constructum deturbarunt, nec non ecclesias

τὰ ὄντα εἰς τὸν λιμένα καὶ τὰ πέριξ τῆς αὐτῆς πόλεως. καὶ μετὰ τοῦτο ἐλθόντες εἰς Ῥαίδεστον κατέστρεψαν καὶ τοῦτο τὸ κάστρον, ἐμπυρίσαντες πάντα τὰ ἐν αὐτῇ οἰκήματα καὶ τὰς ἐκκλησίας, κατασφάξαντες αὐτόθι λαὸν πολύν. καὶ μηδὲν ἰσχύσαντες εἰς αὐτό, τὰ ἔξω πάντα ἐμπυρίσαντες καὶ καταστρέψαντες, ἀνῆλθον εἰς τὸν Ἄπρον, κάστρον ὂν καὶ αὐτό· καὶ καταστρέψαντες καὶ τοῦτο καὶ ἐμπυρίσαντες, καὶ ἕτερα C πλεῖστα κάστρα, κατῆλθον ἐκεῖθεν δι' ἡμερῶν δέκα, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὰ ὄρη τοῦ Γάνου, καὶ εὑρόντες ἐκεῖ λαὸν πολὺν κρυπτόμενον καὶ σχεδὸν πάντα τὰ κτήνη τῆς Θρᾴκης κατέσφαξαν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰ κτήνη ὄντα εἰς πλήθη αἰχμαλωτεύσαντες ἀπέστειλαν εἰς Βουλγαρίαν, καὶ γυναικόπαιδα πολλά. καὶ λοιπὸν ἀπῆλθον καὶ εἰς τὸ Ἑξάμιλιν, καὶ κατῆλθον ἕως Ἄβυδον, καὶ ἀνέκαμψαν ἐπὶ τὸ Εὔριον καὶ τὴν ἄνω, καὶ πάντα τὰ κάστρα κατέστρεψαν ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, ἕως τῆς Ἀδριανουπόλεως. καὶ εὑρόντες τὴν Ἀδριανούπολιν κρατουμένην παρεκάθισαν· καὶ ποιήσαντες ἡμέρας πολλὰς καὶ μηδὲν ἰσχύσαντες ἀπὸ τοῦ παρακαθισμοῦ, στήσαντες μαγγανικὰ D ἐπολέμουν τὸ κάστρον. καὶ δὴ στενωθέντες, μὴ ἔχοντες βοήθειάν ποθεν καὶ ἀποθνήσκοντες τοῦ λιμοῦ, παρέδωκαν ἑαυτούς. καὶ λαβόντες οἱ Βούλγαροι τὴν αἰχμαλωσίαν πᾶσαν εἰς πλῆθος οὖσαν ἀναρίθμητον, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν, μετῴκισαν αὐτοὺς εἰς Βουλγαρίαν ἐκεῖθεν τοῦ Ἴστρου

domosque succenderunt. post haec castrum Daonium destruxerunt; et Heracleam profecti, cum non possent occupare, domos cunctas ad littus positas aedificiaque urbi vicina flammis vastaverunt. his perpetratis Raedestum venerunt, et castrum istud demoliti confertam plebem internecione deleverunt; cumque in civitatem non invalescerent, sparso ubivis incendio intulerunt vastitatem. inde Aprum versus, quod etiam castrum est, direxerunt iter, eoque everso et incenso, ut aliis pluribus castris, dierum decem itinere diverterunt inde ad Gani montes, in quibus delitescentem plebeculam plurimam reperientes et animalia Thraciae ferme cuncta, homines et iumenta innumera iugulaverunt; partem vero reliquam cum mulierum puerorumque multitudine in Bulgariam deportaverunt captivam. inde transierunt ad Examilium et Abydum usque; rursumque ad Eurium regressi et superiorem regionem, cunctas urbes a minima ad maximam Adrianopolim usque destruxerunt. Adrianopolim porro munitam reperientes obsederunt; quam cum expugnare non possent, protractis obsidionis diebus machinas instruxerunt et castrum oppugnaverunt. cives malis coartati, ope destituti et fame pereuntes hostibus fecere deditionem. Bulgari captivis ad numerum immensum abductis, ablata

ποταμοῦ. καὶ τούτων γενομένων ὁ Λέων τῆς πόλεως οὐκ ἐξῆλθεν, ἀλλ' ἐκράτει τῆς βασιλείας τυραννικῶς. καὶ λοιπὸν φθασάντων τῶν ἑορτῶν ἔστεψεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ μικρὸν ὄντα, καὶ ἐπονομαζόμενον Συμβάτην ἐψεύσατο λέγων ὅτι Κωνσταντῖνος καλεῖται. καὶ σωρεύσας τὸν περισωθέντα λαὸν ἐκ τῶν διαφόρων πόλεων ἐρόγευσεν αὐτούς, ποιήσας αὐτοὺς εὐφημῆσαι Λέοντα καὶ Κωνσταντῖνον, μιμούμενος τοὺς πρώην P. 434 βασιλεύσαντας Λέοντα καὶ Κωνσταντῖνον τοὺς Ἰσαύρους, ὧν καὶ τὴν αἵρεσιν ἀνενεώσατο, βουλόμενος ζῆσαι ἔτη πολλά, ὡς καὶ αὐτοί, καὶ γενέσθαι περίφημον· οὗ τινὸς τὴν βουλὴν θεὸς κατῄσχυνεν, κόψας τοὺς χρόνους αὐτοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ δὴ λοιπὸν γεγονότος εὐδίου τοῦ ἀέρος τῷ χειμῶνι, καὶ τῶν ποταμῶν μὴ ἐχόντων ὕδωρ πολύ, ἐξῆλθον οἱ Βούλγαροι χιλιάδες τριάκοντα ὁλοσίδηροι, καὶ ἐλθόντες ἕως Ἀρκαδιουπόλεως, καὶ περάσαντες τὴν Ῥηγῖναν (ποταμὸς δὲ οὕτως ἐστὶ λεγόμενος) εὗρον λαὸν πολύν, καὶ ᾐχμαλώτευσαν B αὐτούς. καὶ πρὸ τοῦ περᾶσαι αὐτοὺς τὴν αἰχμαλωσίαν ἐγένετο ὑετὸς πολὺς ἡμέρας ὀκτώ, καὶ ὀγκωθεὶς ὁ ποταμὸς ἐγένετο ὡς θάλασσα. καὶ μὴ δυνάμενοι ἀντιπερᾶσαι οἱ Βούλγαροι ἔμειναν ἡμέρας δεκαπέντε κατέχοντες τὴν αἰχμαλωσίαν. καὶ μηνύσαντες τὸν Λέοντα τοῦ βοηθῆσαι, οὐ προσέσχεν, οὐδὲ τῆς πόλεως ἐξῆλθεν, οὐδὲ ἄλλους τινὰς ἀπέστειλεν πρὸς βοήθειαν. καὶ λοιπὸν γενομένης εὐδίας καὶ τοῦ

10. περίφημος?

quoque eorum supellectile, in Bulgariam trans Istrum flumen deportaverunt. haec dum geruntur, urbe non egressus est Leo, sed imperium tyrannice tenebat. celebratis autem festis filium adhuc pusillum, Symbatem nomine, Constantinum vocari mentitus, stemmate redimivit; residuique populi multitudine ex variis urbibus congregata collegit exercitum, stipendioque dato Leonem et Constantinum faustis acclamationibus prosequi iussit, imperatores sceptra pridem consecutos, Leonem et Constantinum Isauros imitatus, quorum haeresim renovavit, sibique multos annos eorum instar, et ut laude conspicuus foret, comprecatus; cuius deus, imminutis eius filiique annis, consilium confudit. ceterum aëris serenitate hiemem totam occupante, subsidentibusque fluminum aquis, Bulgari armis a capite ad pedes tecti ad hominum triginta milia eruperunt, et Arcadiopolim usque Regina pertransito (hic fluvius est ita dictus) pervenerunt, populumque omnem copiosum sane fecerunt captivum. prius vero quam captivos traiicerent, dies octo decidit immensus imber, quo fluvius intumescens maris instar exundavit. Bulgari ne transfretarent impediti, custodita semper captivitate, dies quindecim ad ripas steterunt. Leo nuntio ab eis accepto, ut opem ferret, non advertit, neque urbe egres-

ποταμοῦ ἐλαττωθέντος, αὐτοὺς τοὺς αἰχμαλώτους παρεσκεύασαν κόψαι ξυλινὸν καὶ ποιῆσαι γέφυραν, καὶ οὕτως ἐπέρασαν μετὰ τῆς αἰχμαλωσίας, ὄντων ὁμοῦ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παιδίων χιλιάδες πεντήκοντα. λαβόντες καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν Ἀρμενιάτικα στραγλομαλωτάρια καὶ νακο- C τάπητα ἀνώτερα καὶ ἱματισμὸν πολὺν καὶ χαλκώματα ἐφόρτωσαν πάντα εἰς τὰς ἁμάξας, καὶ λαβόντες πάσας τὰς ἀγέλας αὐτῶν βόας καὶ πρόβατα εἰσῆλθον εἰς Βουλγαρίαν. καὶ ὁ ἀδίκως βασιλεύσας κατὰ παραχώρησιν θεοῦ οὔτε αὐτὸς ἐξῆλθεν τῆς πόλεως πρὸς βοήθειαν τῆς αἰχμαλωσίας οὔτε ἄλλους ἀπέστειλεν. λοιπὸν οὖν μετὰ ταῦτα ἀνηγγέλη αὐτὸν λεγόντων ὅτι ὁ Κροῦμος ἐστράτευσεν λαὸν πολὺν συναθροίσας, καὶ τοὺς Ἀβάρεις καὶ πάσας τὰς Σκλαβινίας. πρὸς δὲ τούτοις παρασκευάζει διαφόρων ἑλεπόλεων ὄργανά τε καὶ μηχανήματα, καὶ μαγγανικὰ παμμεγέστατα, τριβόλους τε καὶ τετραβόλους, καὶ χελώνας καὶ ὑψηλοὺς κλίμακας, σφαίρας τε καὶ D μοχλοὺς καὶ δρυάς, κριούς τε καὶ βελοστάσεις, πυρόβολά τε καὶ λιθόβολα καὶ σκορπίδια εἰς τὸ βαλέσθαι βέλη, καὶ σφενδόνας, πάντα μηχανήματα κατὰ τῶν ἐπάλξεων τοῦ ἑλεῖν τὴν πόλιν ἐπὶ τὸ δυτικὸν μέρος τῆς πόλεως κατὰ τοῦ τείχους τῶν Βλαχερνῶν. ταῦτα πάντα βούλεται προσαγαγεῖν τὰ μηχανήματα ἔνθα καὶ ἐτοξεύθη, σταυλίζων βόας χιλιάδας πρὸς τὸ

2. ξυλὴν?

sus est, nec alios quosvis in auxilium summisit. interim redeunte aëris tranquillitate et fluvio decrescente, Bulgari silvas caedere pontemque struere captivos compulerunt; atque ita cum captivis omnibus, virorum simul mulierum et puerorum milibus quinquaginta, transierunt. illi captivorum facultates omnes ad stragulas usque Armenias grandesque tapetes acu pictos, generis omnis vestimenta, instrumentaque ad usum aerea curribus imposita, boumque et ovium greges abductos transvexerunt; et hoc pacto Bulgariam ingressi sunt, principe, inique ad imperium dei permissu promoto, pedem non efferente, neque ad captivorum opem alios egredi permittente. his peractis rumor ad eum delatus in haec verba "Crumus ingentem exercitum coëgit, Abaresque et ex Sclaviniis cunctis copias collegit; praeparat insuper instrumenta machinasque cunctas expugnandis urbibus idoneas, arte facta grandia, tribulos, tetrabulos, testitudines, scalas excelsas, globos, vectes, funes, arietes, balistas, ignea iacula, petrarias, scorpiones, tela iaculatoria, fundas, uno verbo machinas omnes invadendis turribus et civitatibus capiendis, ut ad occiduam vobis partem Blachernarumque murum urbem aggrediatur. tormenta isthaec cuncta ad urbis partem, quà telum in eum missum est, applicare meditatur.

*βαστάξαι πάντα τὰ προλεχθέντα ὄργανα τεθέντα ἐπὶ ἁμαξῶν,
ἃς προσέταξεν σιδηρενδέτας χιλιάδας πέντε. ταῦτα ἀκούσας
Λέων, πέμψας τε κατασκόπους καὶ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν, συν-
P. 435 αθροίσας λαὸν πολὺν καὶ τεχνίτας ἤρξατο κτίζειν ἕτερον τεῖ-
10 χος ἔξωθεν τείχους τῶν Βλαχερνῶν, κόψας καὶ τὴν σοῦδαν
πλατεῖαν. καὶ ἀρξάμενος κτίζειν, μήπω τελέσας, ἵνα δείξῃ ὁ
θεὸς ὁ συσκεδάζων βουλὰς ἐθνῶν, ἀθετῶν καὶ λογισμοὺς
λαῶν καὶ ἀθετῶν βουλὰς ἀρχόντων, ὅτι οὐκ ἐν τῇ μηχανίᾳ
καὶ τῇ ἰσχύϊ αὐτῶν δύνανται οἱ ἄνθρωποί τι ποιῆσαι, οὔπω
ἔαρος καταλαβόντος, ὥς φασίν τινες διασωθέντες τῆς αἰχμα-
λωσίας ἀπὸ Βουλγαρίας, περὶ τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ τοῦ πά-
σχα, ὁ Πρωτοβουλγαρίας, ὁ Κροῦμος ὁ περίφημος, ὁ τὴν
πόλιν ἑλεῖν βουλευόμενος, τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο ἀοράτως
B σφαγιασθείς, ὃς καὶ ἐξήγαγεν αἱμάτων ὀχετοὺς διά τε τοῦ
στόματος καὶ τῶν ῥινῶν καὶ τῶν ὤτων αὐτοῦ. καὶ οὕτως
ἀνέρρηξεν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν κακοῖς. ἐπαρθεὶς τοίνυν τῶν
φρονημάτων ὁ Λέων, ὡς ὅτι αὐτὸς κατέβαλεν τὸν πόλεμον
καὶ οὐχ ὁ θεός, ἔπεμψεν εἰς πάσας τὰς πόλεις καὶ χώρας
σάκρας, ἀναγγέλλων ὅτι εὗρον τοὺς Βουλγάρους ἐγγὺς ὄντας
τῆς πόλεως, καὶ διὰ τῆς φρονήσεως καὶ ἀνδρείας καὶ διατα-
γῆς μου τοξεύσας τὸν πρῶτον αὐτῶν πάντας ἀπήλασα, ὅς τις
καὶ διὰ τὴν πρόφασιν ταύτην ἀποθνήσκει, ἔφη, ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν.*

12. *πρῶτος Βουλγαρίας?* 20. *διαταγωγῆς* P

instrumentis hisce praefatis deportandis et curribus vehendis boum milia plurima in stabulis iam disposuit, currus autem ferro vinctos ad quinque milia fieri iussit." Leo his auditis, et missis exploratoribus veritateque comperta, populi multitudinem immensam et artifices congregavit, murumque alium praeter eum qui ad Blachernas coepit exstruere, profundamque et amplam fossam excisam opponere. vix operi manu admota, hoc est opere adhuc infecto, ut deus, qui consilia gentium dissipat et populorum mentem reprobat, irritat quoque consilia principum, qui non in machinis vel robore homines quid aggredi posse commonstrat, ut haec, inquam, iterum patefaceret deus, nondum imminente vere, ut rettulerunt quidam captivitate Bulgarica liberati, circa feriam magnam quintam, Bulgariae princeps Crumus ille celebris, qui urbem occupare destinabat, vitae finem persensit, invisibili virtute iugulatus, qua sanguinum rivos ore naribus et auribus emisit; atque ita in malis animam deposuit. his elatus Leo, quasi ipse, non deus compescuisset bellum, in urbes omnes regionesque missis sacris nuntiavit "Bulgaros urbi vicinos comperi; solertiaque robore ductuque meo principem eorum cum telo confodissem, cunctos fugavi. vulneris istius causa moritur" inquit "hostis noster."

Καὶ λοιπὸν μετὰ τοῦτο λαβὼν εὐκαιρίαν ἤρξατο πορθεῖν C τὴν ἐκκλησίαν, δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, περιεργαζόμενος κατὰ τῶν θεοῦ κριμάτων, καὶ λέγων πρός τινας ὁμόφρονας αὐτοῦ ὅτι τίνος ἕνεκεν, φησί, ταῦτα πάσχουσιν οἱ Χριστιανοὶ κατακυριευόμενοι ὑπὸ τῶν ἐθνῶν; ἐμοὶ δοκεῖ διὰ τὸ προσκυνεῖσθαι τὰς εἰκόνας, καὶ ἄλλο οὐδέν· καὶ βούλομαι αὐτὰς καταστρέψαι. βλέπετε γάρ, φησίν, ὅσοι βασιλεῖς ἐδέξαντο καὶ προσεκύνησαν αὐτάς, ἀπέθανον οἱ μὲν ἐκδιωχθέντες οἱ δὲ ἐν πολέμῳ πεσόντες. μόνοι δὲ οἱ μὴ προσκυνήσαντες αὐτὰς ἰδίῳ θανάτῳ ἕκαστος εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐτελεύτησεν, καὶ μετὰ δόξης προκομισθεὶς εἰς τὰ τῶν βασι- D λέων κοιμητήρια ἐτάφη ἐν τοῖς ἀποστόλοις. λοιπὸν ἐκείνους κἀγὼ βούλομαι μιμήσασθαι καὶ καταστρέψαι τὰς εἰκόνας, ἵνα πολὺν ζήσας χρόνον κἀγὼ καὶ ὁ υἱός μου, καὶ κρατήσει ἡ βασιλεία ἡμῶν ἕως τετάρτης καὶ πέμπτης γενεᾶς. ὅπερ διεψεύσθη δείλαιος, ἀνομήσας διακενῆς, καὶ ἐπιλαθόμενος τὸ ἰδιόχειρον ὃ ἐποίησεν, καὶ τὸν σταυρὸν ὃν ἔπηξεν μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ. καὶ ἤρξατο μετὰ ταῦτα ζητεῖν εἴ τινα εὕροι συναγωνιζόμενον τῷ σκοπῷ αὐτοῦ. καὶ δὴ εὗρεν ὅμοιον τῆς αὐτοῦ φρονήσεως ἤτοι ἀφροσύνης ἀναγνώστην τινὰ Ἰωάννην λεγόμενον, υἱὸν Παγκρατίου τινὸς σκιαστοῦ, ὅστις ἐκ παιδόθεν δαίμονα εἶχεν ἀτάκτως φερόμενος, διάγων ἐν ἀσυνεσίᾳ,

4. πάσχουσιν Combefis: libri πῶς ἔχουσιν   14. ζήσω Comb   17. ὃ] καὶ P

Postmodum occasione capta ecclesiam depopulari coepit. anno imperii secundo, dei iudicia curiose perscrutatus Leo sensus eiusdem consortibus quibusdam dicit "cuius causa gentilibus inferiores evadunt Christiani? quod adorentur imagines, nec alterius ergo, ut mihi quidem videtur; quare illas deturbare est animus. videte quippe" aiebat "quotquot imperatores susceperunt et adoraverunt illas, perierunt, hi quidem solio deiecti, alii bello profligati: qui non adoraverunt, soli morte suavi, retento imperio, vita functi sunt, et cum honore in imperatorum sepulcris ad apostolos elati. eam ob rem imitator eorum imagines tollam, ut ego et filius meus in multos annos vivamus, et nostrum stet imperium ad quartam et quintam generationem." in quo equidem misellus mentitus est, hoc scelere frustra admisso, ut syngraphen propriam, cui crucem cum comitibus affixit, despiceret et proculcaret. exinde si quem votis conspirantem reperiret, coepit exquirere. et repperit sane sensus, imo insipientiae eiusdem participem lectorem quendam, Ioannem dictum, Pancratii Sciastae filium, qui a puero daemonem inhabitantem habuerat, incompositis motibus agitatus mentisque consortio privatus, quem Hylilam dicebant, quique, ut alii ferunt, Hebraice redditur

ὅν τινα Ὑλιλᾶν ἐπωνόμαζον, ὥς τινές φασιν, ἑρμηνευόμενον
P. 436 Ἑβραϊστὶ λέγεται πρόδρομος καὶ συνεργὸς τοῦ διαβόλου. τοῦτον ἐπιλαβόμενος Λέων, καὶ ἀνακοινωσάμενος αὐτὸς τὴν ἑαυτοῦ βουλήν, προσελάβετο αὐτὸν συνεργὸν αὐτοῦ, λέγων ὅτι ἐὰν συνδράμῃς μοι καθελεῖν τὰς εἰκόνας, πατριάρχην σε ποιῶ. καὶ αἰτήσας παρ' αὐτοῦ ἐξουσίαν τοῦ ψηλαφῆσαι τὰ ἀπανταχοῦ παλαιὰ βιβλία, ἅπερ ἀπόκεινται εἰς τὰ μοναστήρια καὶ εἰς τὰς ἐκκλησίας, ἐπετράπη μετὰ καὶ ἄλλων τινῶν ἀτάκτων καὶ ἀπαιδεύτων. καὶ δὴ συναγαγόντες πλήθη πολλὰ βιβλίων ἐποιοῦντο ἐν αὐτοῖς τὴν ἔρευναν, πλὴν οὐδὲν εὕρισκον οἱ ἄφρονες ὧνπερ αὐτοὶ κακούργως ἐπεζήτουν, ἕως οὗ
B μετὰ χεῖρας ἔλαβον τῷ συνοδικῷ Κωνσταντίνου τοῦ Ἰσαύρου
11 τοῦ καὶ Καβαλλίνου, καὶ ἐκ τούτου τὰς ἀρχὰς λαβόντες ἤρξαντο καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις εὑρίσκειν τὰς χρήσεις, ὥσπερ αὐτοὶ ἀφρόνως καὶ ἀνοήτως προέφερον, σημάδια βάλλοντες εἰς τοὺς τόπους ἔνθα ηὕρισκον, βουλόμενοι πεῖσαι τὸν ἄφρονα λαὸν ὅτι ἐν παλαιοῖς βιβλίοις εὕρομεν τοῦ μὴ προσκυνεῖσθαι τὰς εἰκόνας. καὶ λοιπὸν ζητούντων καὶ ἕτερον ἔχοντα χειροτονίαν ἐπίσκοπον, εὗρον Κωνσταντῖνον, υἱὸν πρεσβυτέρου τι-
12 νὸς τζαγγαρίου, καὶ Κασυματᾶ μαθόντα τὴν γραμματικήν, καὶ γέροντα νομικὸν εἰς τὰ Σφορακίου καὶ διδάξαντα παιδία,
C καὶ δι' ἐγκλήματά τινα φυγόντα ἐν μοναστηρίῳ καὶ ἀποκει-

1. ὥς] τοῦτο δέ, ὥς? 4. αὐτῷ Comb

praecursor et diaboli adiutor. huic sibi assumpto, et consiliorum suorum participi facto et cooperatori instituto, dicit Leo "si delendis imaginibus auxiliarem manum praebueris, patriarcham te renuntiabo." ille visendorum undequaque veterum librorum per monasteria et ecclesias repositorum facultate petita, cum aliis quibusdam mentis incompositae et illiteratis comitibus, quod petierat, impetravit. collecta itaque librorum immensa multitudine examen de illis habuerunt: verum eorum quae nequiter exquisierant nihil penitus imprudentes repererunt, donec in manus venit synodus sub Constantino Isauro et Caballino habita, ex qua occasione accepta coeperunt in libris auctoritates invenire, quas synodi auctores imprudenter et insipienter depromebant. deinde signis ad loca reperta appositis simplicem turbam seducere moliti sunt, dicentes "ex veteribus libris non adorandas imagines reperimus." examine postmodum habito, si quem ordinibus insignitum penes se nanciscerentur, episcopum repererunt quendam Constantinum, presbyteri sutoris filium, et Cazimatam grammaticae professorem, et legisperitum quendam ad Phoracii aedes diversantem ludimagistrum, qui criminum sibi obiectorum poenam fugiens in monasterium diverterat, et detonsus nomen assumpserat Antonii,

ραμενον καὶ ἐπονομασθέντα Ἀντώνιον, γενόμενόν τε αὖθις ἡγούμενον εἰς τὸ μοναστήριον τὸ λεγόμενον τὰ Μητροπολίτων, μυθολόγος τις γέλοια ἀγαπῶν καὶ παιγνίδια, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ μοναχοὺς νέους ὄντας ταῦτα ποιεῖν ὑποτιθέμενος, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν αἰσχρῶς καὶ ἀσέμνως βιοτεύσας, οὐκ οἶδ' ὅπως ὕστερον ἐκ παραχωρήσεως θεοῦ ἐγένετο καὶ ἐπίσκοπος εἰς τὸ Συλαῖον. τὸ μὲν πρῶτον ἐκ παιδόθεν ὀρθόδοξος ὤν, ὕστερον δὲ διὰ τὴν δόξαν τὴν πρόσκαιρον καὶ τὸ ἔχειν παρρησίαν εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ βασίλεια καὶ παρρησιάζεσθαι μετὰ τῶν κρατούντων, ἐπελάβετο τὴν αἵρεσιν. τοῦτον καταμηνύσαντες D πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα ὅ τε Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ὑλιλᾶς, ὃν ἐκάλουν γραμματικόν, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ὄντα τῷ τηνικαῦτα ἐν τῷ Συλαίῳ, πέμψας ἤγαγεν αὐτόν· καὶ εἰπὼν αὐτῷ τὸν σκοπὸν αὐτοῦ, μὴ ἔχων καρπὸν πνευματικὸν ἐν ἑαυτῷ καὶ ἀγαπῶν τὴν πρόσκαιρον δόξαν, καταπατήσας τὴν ἑαυτοῦ συνείδησιν καὶ ἀθετήσας τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἣν ἐποίησεν, ἐστράφη εἰς τὸ ἐναντίον μέρος. ἐρωτηθεὶς γὰρ ὑπὸ τοῦ Λέοντος εἰ γέγραπται προσκυνεῖσθαι τὰς εἰκόνας, οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ τὰ δέοντα ῥήματα τῆς ἀληθείας, ἀλλ' εἶπεν P. 437 "οὐκ ἔστι γεγραμμένον πώποτε, ἀλλὰ λέγουσιν ὅτι ἀρχαία παράδοσίς ἐστι." καὶ εἶπεν ὁ Λέων ὅτι ἐὰν οὐ γέγραπται εἰς τὸ εὐαγγέλιον καὶ εἰς τὸν ἀπόστολον ῥητῶς ὅτι προσκυ-

et deinceps in monasterium metropolitanum nomine praepositus fuerat institutus, homo equidem fabulis addictus, risus et ludorum sectator, qui monachis suis subditis et iuvenili aetate adhuc detentis haec eadem sectari suggerebat, verbo dicam, turpem et inhonestam vitam ducens: qua ratione postmodum dei permissu factus fuerit episcopus Sylaei, penitus ignoro. rectam certe fidem a puero edoctus erat, deinceps autem ex vanae gloriae libidine, et libertatis in regium ingrediendi captandae causa, et ut aulicorum consortii particeps fieret, haeresim amplexus est. hunc cum Leoni imperatori notum fecissent et Sylaei habitare renuntiassent, Ioannes cognomento Hylilas, quem grammaticum dicebant, et sententiae eiusdem comites, Leo misso nuntio vocavit hominem; et exinde mentis sententiam ei aperuit. cum nullum fructum spiritualem in se ipso haberet, sed vanam tantum sectaretur gloriam, conculcata proiectaque conscientia sua, contemptaque cruce, quam in subscriptionem exaravit, in partem declinavit contrariam. interrogatus enim a Leone num adorandas imagines scriptum legerit, nihil quod ad veritatem spectaret respondit, sed dixit "nullibi hoc scriptum est: verum antiquam esse traditionem asserunt." subinfert Leo "nisi in evangeliis aut apud apostolum clare et ad verbum scribatur, Veneremini imaginem meam, nusquam ipsam

νήσατε τὴν εἰκόναμου, οὐ καταδέχομαι προσκυνεῖσθαι αὐτήν. καὶ τοῦτο ἀκούσας συνῆλθεν αὐτῷ καὶ τοῖς προειρημένοις ἀτάκτοις καὶ ἀπαιδεύτοις, καὶ ἄγεται ἀρχηγὸς καὶ πρῶτος αὐτῶν. καὶ λοιπὸν ἠγωνίζοντο κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῇ πεντηκοστῇ οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην τὸν καὶ Ὑλιλᾶν σωρεύειν τὰ βιβλία· τὸν δὲ Ἀντώνιον προσελάβοντο ἀπὸ Ἰουλίου μηνός. B καὶ λοιπὸν ἕως τὸν Δεκέμβριον μῆνα κρυπτὸν τὸν δόλον εἶχον· ἐρωτώμενοι δὲ ἔλεγον ψευδόμενοι ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐπέτρεψεν ἡμᾶς ψηλαφῆσαι τὰ βιβλία, ὅτι λέγουσιν αὐτῷ τινὲς ὅτι ὀλίγον χρόνον ἔχεις βασιλεῦσαι, καὶ ἕνεκεν τούτου ποιούμεθα τὴν ζήτησιν. καὶ περὶ τὸν Δεκέμβριον μῆνα δηλοῖ τὸν πατριάρχην ὁ Λέων ὅτι ὁ λαὸς σκανδαλίζεται διὰ τὰς εἰκόνας, λέγοντες ὅτι κακῶς αὐτὰς προσκυνοῦμεν καὶ ὅτι διὰ τοῦτο τὰ ἔθνη κυριεύουσιν ἡμῶν· καὶ συγκατάβα, φησί, τὶ μικρόν, καὶ ποίησον οἰκονομίαν εἰς τὸν λαόν, καὶ τὰ χαμηλὰ περιέλωμεν. εἰ δὲ μὴ βούλει, πεῖσον ἡμᾶς δι' οὗ ἕνεκεν προσκυνεῖτε, C τῆς γραφῆς μὴ ἐχούσης ῥητῶς πώποτε. καὶ δηλοῖ αὐτῷ ὁ πατριάρχης ὅτι ἡμεῖς τὰ καλῶς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν ὁρισθέντα ὑπό τε τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πατέρων οὔτε παρασαλεύομεν οὔτε περισσότερόν τι ἐν αὐτοῖς οἰκονομοῦμεν, τοῦ ἀποστόλου λέγοντος ὅτι καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐαγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

21. ἐὰν add Comb 22. παρὰ P: corr Comb

adorare consentiam." his auditis, cum eo et praefatis incompositae mentis et illiteratis hominibus convenit, et princeps caputque eorum instituitur. contendebant igitur in veritatem a pentecoste, qui Ioannem et Hylilam sequebantur, coacervare libros: Iulio vero mense socium adiunxerunt Antonium, et deinceps ad Decembrem occultum gerebant dolum. interrogati vero falso respondebant "libros perscrutari iniunxit imperator, quod quidam annuntiaverint, brevissimo tempore imperabis. huius causa examen instituimus." circa Decembrem vero mensem Leo patriarchae significat "imaginum causa populus offenditur, dicentes: perverse adoramus illas, et propterea gentiles nobis dominantur. condescende" inquid "modicum, et moderamen ad popolum habe, et quae sunt abiecta rescindamus. si non assentiaris, exhibe et persuade cuius gratia, scriptura haec diserte nullibi asserente, adoretis imagines." respondet patriarcha "haec quae a principio et superioribus temporibus ab apostolis et patribus definita sunt, nulla ratione innovamus, nec amplius quid moderandum censemus ab apostolo dicente: si vel angelus de caelo annuntiaverit praeter id quod vobis denuntiavimus, anathema sit. qua vero de causa adoramus crucem et evangelium, eadem imagines veneramur, quando-

περὶ δὲ τοῦ προσκυνεῖσθαι, ὡς προσκυνοῦμεν τὸν σταυρὸν καὶ τὸ εὐαγγέλιον, προσκυνοῦμεν καὶ τὰς εἰκόνας, ἐπεὶ οὐδὲ ταῦτα γέγραπται προσκυνεῖσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἡ ἐκκλησία ταῦτα παρείληφεν, οὐ δεῖ ζητεῖν D εἰ γέγραπται ἢ οὐ γέγραπται· πολλὰ γὰρ ἀγράφως ἡ ἐκκλησία παρέλαβεν, ἅπερ λέγονται δόγματα, δι' ἐμπνεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος καθ' ἑκάστην γενεὰν ὑπὸ τῶν ἁγίων αὐτοῦ δούλων καὶ θεραπόντων διατυπωθέντα. ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἤκουσεν, ἀντεδήλωσεν. "ἐλθὲ" φησὶ "καὶ διαλέχθητι πρὸς τοὺς κατ' ἐμέ," τοὺς περὶ Ἀντώνιον καὶ Ἰωάννην λέγων, "οἵτινες ἀσφαλῶς εὗρον ἐν παλαιοῖς βιβλίοις χρήσεις ἀποτρεπούσας προσκυνεῖσθαι τὰς εἰκόνας." καὶ λοιπὸν ὁ πατριάρχης ἀπέστει- 13 λεν ἐπισκόπους καὶ ἡγουμένους ἐλλογίμους πρὸς αὐτὸν πρὸς τὸ ἀπολογήσασθαι πρὸς τὰς πεύσεις αὐτοῦ. διαλεχθέντων δὲ καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀποδειξάντων, ἐπέμενεν ἀναγκάζων αὐτοὺς διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς τῆς ἐναντίας μοίρας. οἱ δὲ εἶπον ὅτι ὅρος ἐστὶ τῆς ἁγίας συνόδου τὰ ὀρθῶς δογματισθέντα καὶ P. 438 διατυπωθέντα μὴ δεῖν πάλιν κακούργως ἀναζητεῖν ἢ περιεργάζεσθαι, μηδὲ τοὺς ἄφρονας θέλοντας φιλονικεῖν ποιεῖσθαι ἀπολογίας, μάλιστα δὲ καὶ μὴ πειθομένους. καί φησιν "ὁ Ἄρειος μονώτατος λαλήσας ἐποίησεν σύνοδον συγκροτηθῆναι δι' αὐτόν· καὶ πάντων σκανδαλιζομένων περὶ τῆς πίστεως, τίνος ἕνεκεν ὑμεῖς οὐ βούλεσθε διαλεχθῆναι καὶ πληροφορῆ-

20. φασιν P 22. αὐτῶν P: corr Comb

quidem neque illa adoranda scriptum est. verum quoniam ab apostolis haec excepit ecclesia, utrum scriptum vel non scriptum sit, non decet inquirere: plura namque scripto non tradita, quae dicuntur dogmata, per sancti spiritus inspirationem successivis temporibus a sanctis eius famulis ac servis ordinata ecclesia excepit. his auditis contra infit. "accede" inquit "et cum eis qui mecum una sentiunt dissere" (Antonium Ioannemque insinuabat), "qui certas et ineluctabiles in veteribus libris repererunt auctoritates ab imaginibus colendis nos deterrentes." post haec episcopos et selectos monasteriorum praepositos interrogatis eius responsuros ad eum patriarcha misit. ipsis disserentibus et veritatem demonstrantibus, instabat Leo, et ut cum adversa parte dissererent instabat vehementius. responderunt illi "sanctae synodi decretum est recte declarata probeque sancita non oportere denuo examinare aut curiosius indagare; neque contentionum auctoribus et iurgia requirentibus, si obstinati perseverant, respondendum." dicunt illi "Arius cum unus et solus locutus esset, synodum tamen colligi coëgit: nunc vero cum omnium animi circa fidem offendantur, cuius causa vos dissertationem habendam de-

σαι πάντας ὅτι καλῶς προσκυνοῦνται αἱ εἰκόνες;" καὶ ἐξουδενώσας καὶ ἐπαπειλησάμενος αὐτοὺς ἀπέλυσεν, μείνας κα-
B τασυρίζων τῆς ὀρθῆς πίστεως, ποιῆσαι βουλόμενος ὅπερ ἤθελεν. οἱ δὲ ἀπολυθέντες συνείχοντο λύπῃ καὶ ἀθυμίᾳ, ἀπαγγείλαντες τῷ πατριάρχῃ πᾶσαν τὴν βουλὴν αὐτοῦ τὴν πονηράν. καὶ λοιπὸν συναχθέντες πάντες οἱ ὀρθόδοξοι κληρικοί τε καὶ μοναχοὶ καὶ λαϊκοὶ ἐποίησαν παννυχίδα ὁλονυκτί, παρακαλοῦντες τὸν θεὸν ἵνα διασκεδάσῃ τὴν βουλὴν αὐτοῦ. τοῦ δὲ πατριάρχου τοῦτο πράξαντος, ὅπερ μαθὼν ὁ ἀλιτήριος δηλοῖ τὸν ἀρχιερέα "τί τοῦτο ἐποίησας;" ὁ δὲ εἶπεν "οὐδὲν κακὸν ἐποιήσαμεν· τὸν θεὸν ἱκετεύσαμεν ἵνα τὴν ἐκκλησίαν ἀσάλευτον φυλάξῃ, εἰ εὐάρεστον αὐτῷ ἐστίν." ταῦτα δὲ
C ἀκούσας πλέον ἐμαίνετο κατὰ τῆς ἀληθείας. εἶχεν δὲ καί τινας ἀσεβεῖς ἄνδρας συνεργοῦντας αὐτῷ, δι' ὧν καὶ τοὺς δόλους κρυπτῶς ἐτέκταινεν. καὶ παρασκευάζει δι' αὐτοὺς τοὺς ἀσεβεῖς στρατιώτας τοῦ λιθάσαι τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ τὴν οὖσαν ἐν τῇ χαλκεπωνύμῳ πύλῃ τοῦ παλατίου. καὶ λοιπὸν ἤρξαντο βάλλειν κατὰ τῆς εἰκόνος λίθους καὶ πηλά, λέγοντες ῥήματα πάσης ἀφροσύνης καὶ ἀσεβείας μεστά, ᾅδην ἀποκαλοῦντες καὶ διάβολον καὶ ἄλλα τινά, ἃ μὴ θέμις εἰς μέσον ἀγαγεῖν. καί φησιν ὁ τύραννος πρὸς τὸν λαὸν "ἄς καταβάσωμεν ἐκεῖθεν τὴν εἰκόνα, ἵνα μὴ ὁ στρατὸς ἀτιμάζῃ

trectatis, et aequo cultu colendas imagines palam coram omnibus declarare renuitis?" eam ob rem illis contemptis, plura Leo minatus discedere imperavit, et adversus rectam fidem exsibilare perseverans, quae animo concepisset, exequi moliebatur. illi dimissi maerore et tristitia detinebantur, nequam eius omne consilium patriarchae renuntiantes. postmodum orthodoxi cuncti clerici monachi et laici vigilias per totam noctem habuerunt, ut deus eorum consilium dissiparet deprecantes. haec ita geri a patriarcha discens infoelix imperator significat pontifici "ut quid hoc agis?" respondet ille "nihil mali fecimus: deum tantum rogavimus ut ecclesiam suam, modo ipsi placeat, imperturbatam conservet." his auditis adversus veritatem magis ac magis insaniebat. aderant porro homines impii, quorum opera clam dolos texebat, qui coeptis favebant; et eorum ope milites irreligiosos, qui Christi imaginem ad palatii portam, cui Chalces sive Aereae nomen, lapidibus tunderent, parat et impellit. coeperunt itaque lapides et lutum in imaginem mittere, verba totius stultitiae impietatisque plena proferentes, et Orcum diabolumque et alia plura, quae in medium producere nefas est, pronuntiantes. tyrannus populum allocutus ait "imaginem inde deponamus, ne forte milites eam dehonestent," in hoc Leonem Isaurum imitatus, et aequales im-

αὐτήν," μιμούμενος ἐν τούτῳ Λέοντα τὸν Ἴσαυρον, ὡς βου- D
λόμενος τοὺς χρόνους αὐτοῦ βασιλεῦσαι. ἐπειδὴ γὰρ ἐγέ-
γραπτο ἐπάνω τῆς εἰκόνος ὅτι ἣν καθεῖλε πάλαι Λέων ὁ δε-
σπόζων, ἐνταῦθα ἀνεστήλωσεν Εἰρήνη· οὗτος γὰρ ὁ Λέων
αὐτὴν καθεῖλε, ἐπεὶ ἀφ' οὗ ἡ πόλις ἐκτίσθη, αὐτὴ ἡ εἰκὼν
ἦν. καὶ τοῦτο ποιήσας ἔδωκεν παρρησίαν τοὺς τοῦ διαβό-
λου συνεργούς, λέγω δὴ Ἀντώνιον καὶ Ἰωάννην καὶ τοὺς μετ'
αὐτῶν. καὶ λοιπὸν τούτων γενομένων συνήγοντο πάντες οἱ
ἐπίσκοποι καὶ οἱ μοναχοὶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ ἀνεγίνω-
σκον πάσας τὰς χρήσεις τῶν πατέρων, ἅσπερ οἱ ἐναντίοι κα-
κούργως καὶ ἀμαθῶς προέφερον, ἑρμηνεύοντος αὐτὰς τοῦ πα-
τριάρχου, καὶ λέγοντος πρὸς πάντας "μὴ ἔχετέ τις λεγόμενόν P.439
τι ἐν τούτοις, ἀδελφοί;" καὶ ἀνέκραξαν πάντες "ἴσμεν καὶ
πεπληροφορήμεθα ὅτι ἀληθής ἐστι ἡ πίστις ἡμῶν καὶ πάντες
εἰς τοῦτο ἀποθνήσκομεν." καὶ ὁ πατριάρχης πρὸς αὐτοὺς
"λοιπὸν οὖν, ἀδελφοί, ἐν ὁμονοίᾳ ἐσώμεθα καὶ συνημμένοι
ἐν μιᾷ ψυχῇ ἐν ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ ἀδιαιρέτως, καὶ μὴ εὕ-
ρωσίν τινα ἐξ ἡμῶν ἀποχωρίσαι οἱ τῆς ἐναντίας μοίρας, καὶ
οὐ μὴ ἰσχύσωσιν· πλείους γὰρ αὐτῶν ἐσμὲν χάριτι Χρι-
στοῦ." οἱ δὲ πάλιν ἀνέκραξαν διαβεβαιούμενοι ἕως θανάτου
ἀντέχεσθαι καὶ ὑπερμαχεῖν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας, ποιήσαντες
σταυροὺς καὶ ἔγγραφα εἰς ἀλλήλους τοῦ μὴ χωρίζεσθαι. B
ταῦτα ἐπράχθη πρὸ τῶν ἑορτῶν. φθασάντων δὲ τῶν ἑορτῶν 14

perii eius annos studens consequi. ad caput enim imaginis legebatur scriptum "quam deposuit quondam Leo principatum assecutus, huc restituit Irene." illam quippe Leo deposuerat, et ab ipso urbis conditu ibi imago fuerat reposita. hoc peracto diaboli auxiliariis, Antonio inquam et Ioanni et facinorum sociis, quidquid perpetrandi facultatem permisit. his ita gestis episcopi et monachi cuncti in patriarchium conveniebant, et dicta patrum omnia perlegebant, quae adversarii malitiose et inerudite interpretabantur. patriarcha vero sensum eorum reddente et ad omnes sermonem dirigente "num habetis aliquid quod verbis istis exprimatur, fratres?" exclamavere cuncti "novimus, et certi sumus veram esse fidem nostram. in hac morimur omnes." ad illos patriarcha "superest, fratres, ut concordes perseveremus, et animis coniuncti hac in confessione absque dissensu remaneamus, ut adversae partis homines nullum reperiant quem separent a nobis, nec id exequi valeant. gratia enim Christi plures illis sumus." illi rursus cum clamore firmaverunt ad mortem usque obstituros et pro ecclesia dimicaturos, appositisque crucibus ad subscriptiones scriptis sibi mutuo fidem fecere, nunquam ab invicem se

δηλοῖ ὁ πατριάρχης τὸν βασιλέα λόγους νουθεσίας, ἅμα καὶ
15 παρακαλῶν αὐτὸν μὴ σκυλῆναι τὴν ἐκκλησίαν, ἣν πολλῷ κό-
πῳ οἱ πατέρες ἐπῳκοδόμησαν ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ἀποδιώ-
ξαντες πᾶσαν αἵρεσιν, λέγων ὅτι εἰ δι' ἐμὲ γίνονται ταῦτα
τὰ σκάνδαλα κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, ἐμὲ ἐξεώσασθε, καὶ
εἴ τινα βούλεσθε, ποιήσατε· μόνον τὴν πίστιν μὴ παρασα-
λεύσητε. καὶ ἀποκριθεὶς ὑπούλως καὶ δολερῶς ὁ δικαίως
ἐπικληθεὶς χαμαιλέων εἶπεν. "καὶ τίς" φησὶν "τολμᾷ καθε-
C λεῖν ἢ ἐξεῶσαι τὸν πατριάρχην τὸν πατέρα ἡμῶν, ἢ τὴν ἐκ-
κλησίαν παρασαλεῦσαι; μικρὸν ἠρευνήσαμεν διὰ τοὺς λα-
λοῦντας, ἐπεὶ ὡς πιστεύει ἡ ἐκκλησία, κἀγὼ πιστεύω." καὶ
16 ἐκβαλὼν ἐκ τοῦ κόλπου αὐτοῦ σταυρὸν ἔχων εἰκόνα προσε-
κύνησεν ἐνώπιον πάντων. ἐποίησεν δὲ τοῦτο οὐκ ἀληθεύων
ἀλλ' ἐν ὑποκρίσει, βουλόμενος διαβάσαι τὴν ἑορτήν. οὐδεὶς
γὰρ ἠδύνατο καταλαβέσθαι τὴν πανουργίαν αὐτοῦ· ἄλλα
γὰρ τὸ στόμα αὐτοῦ ἐλάλει, καὶ ἕτερα ἡ καρδία αὐτοῦ ἐβού-
λετο. ταῦτα τοίνυν ἀκούσαντες ὅ τε πατριάρχης καὶ οἱ ἐπί-
σκοποι ἐχάρησαν, νομίζοντες ἀληθεύειν αὐτόν. καὶ προελθὼν
D τῇ Χριστοῦ γεννήσει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσῆλθεν ἐν τῷ θυσια-
στηρίῳ κατὰ τὸ ἔθος τῶν βασιλέων, καὶ προσεκύνησεν τὴν ἐν-
δυτὴν τὴν ἔχουσαν τὴν ἁγίαν γέννησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστοῦ. καὶ λοιπὸν ἰδόντες πάντες ἐπληροφορήθησαν, μὴ

separandos. haec ante festa peracta sunt. imminentibus porro festis, variis monitis ac sermonibus imperatori significat et precibus simul sollicitat patriarcha, ne depraedationibus exponatur ecclesia, quam labore multo patres antiqui aedificaverant in recta fide, et ab omni haeresi expurgatam reliquerant; dicebatque "si propter me adversus sinceram fidem oriantur scandala, eiicite me, et si quem alium desideratis, patriarcham instituite: tantum fidem sartam tectam custodite." istis versute et dolose, qui Chamelaeontis nomen merito gerebat, respondit, et dixit "ecquis audet deponere patriarcham patrem nostrum, aut eiicere, vel ecclesiae statum immutare? modicum quid sane investigavimus, propter eos qui superfluis sermonibus indulgent ceterum, ut credit ecclesia, ita credo ego." eductamque e sinu imaginem habentem crucem coram omnibus adoravit. istud vero gessit non ut veritatem testaretur, sed ut festi celebritatem perageret facilius. nullus enim subdolam hominis mentem capere poterat: verum ore unum aliquid publicante aliud cor meditabatur. his igitur auditis patriarcha et episcopi gavisi sunt, verum enuntiari putantes. solemni deinde pompa in Christi nataliciis procedens ecclesiam ingressus est, et coram altari ex imperatorum consuetudine stetit, et corporale sacra domini nostri Iesu Christi nativitate in eo depicta

ἰδόντες τὸν δόλον καὶ τὴν πανουργίαν αὐτοῦ. φθασάσης δὲ
καὶ τῆς ἑορτῆς τῶν φώτων προῆλθεν ὁμοίως, καὶ εἰσελθὼν
οὐ προσεκύνησεν· καὶ ἔγνωσαν πάντες ὅτι ἐν ὑποκρίσει τὸ
πρῶτον ἐποίησεν καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ. καὶ δὴ πληρωθεισῶν
τῶν ἑορτῶν ἤρξατο πάλιν ἐπιτίθεσθαι ὡς ὁ Φαραὼ τὸν
Ἰσραήλ, καί τινας ἐπισκόπους ὑπέκλεπτεν κολακείαις καὶ ὑπο-
σχέσεσι δώρων, οἵ τινες καὶ ὑπήκουον αὐτόν, ἀγαπῶντες τὸν P. 440
νῦν αἰῶνα, καὶ οἱ πρὶν διαβεβαιούμενοι ἀποθνήσκειν ὑπὲρ
τῆς ἀληθείας καὶ πήξαντες σταυροὺς σχεδὸν πάντες ἐστρά-
φησαν εἰς τὸ ἐναντίον. καὶ δηλοῖ τὸν πατριάρχην διά τινων
τῶν ἀποστατησάντων ἐπισκόπων ὅτι μικρὸν σύνελθε ἡμῖν, ἵνα
περιέλωμεν πάντα τὰ χαμηλά· ἐπεὶ εἰ οὐ βούλει, γνῶθι ὅτι
οὕτως οὐ παραχωροῦμεν αὐτόθι σε εἶναι. οὓς ὁ πατριάρχης
ἐξουθενώσας ὡς ἐφιόρκους σταυροπάτας, τὸν βασιλέα ἐμήνυ-
σεν ὅτι ὃ βούλει ποίησον· ἐγὼ γὰρ ἐκ τῶν ὁρισθέντων εὐσε-
βῶς ὑπὸ τῶν πατέρων οὔτε ἐπιδιατάσσομαι οὔτε συνέρχομαι 17
τοῖς ἐναντίως φρονοῦσιν. καὶ ἐν τούτοις ὄντων ἔπεσεν εἰς B
ἀσθένειαν ὁ πατριάρχης, ὥστε ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀπογνω-
σθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. καὶ μαθὼν ὁ βασιλεὺς μι-
κρὸν ἡσύχασεν, λογιζόμενος ὅτι ἀποθνήσκοντος αὐτοῦ πάντα
εὐμαρῶς ποιῆσαι ἔχει ἅπερ βούλεται. καὶ λοιπὸν ἀθρόον ἐκ
τοῦ παραδοξοποιοῦ θεοῦ μικρὸν διεφορήθη. ὅπερ μαθὼν ὁ 18

1. εἰδότες?

insigne adoravit et osculatus est. tali spectaculo cunctis, dolum et versutiam eius ignorantibus, factum satis. insequente pariter luminum festo aequali modo processit, et ingressus non adoravit; primumque illud simulanter haud vere exhibitum cognoverunt. peractisque proinde festorum solemnibus coepit aggredi velut Pharao Israelem, et episcoporum quosdam blanditiis promissisque suffurabatur. et qui ipsi morem gesserunt, ex eo quem habebant ad praesens saeculum affectu, quippe prius iuramento interposito et crucibus appositis pro veritate morituros se affirmabant, singuli ferme conversi sunt in partem adversam. eam ob rem per desertores episcopos patriarchae significat "condescende modicum nobis, et futilia quaeque resecabimus: si nolueris, in throno te residere non permissuros scito." his spretis tanquam periuris et cruciculcis patriarcha imperatori denuntiat "quod lubet exequere, dogmatibus quippe a patribus pie definitis nihil unquam insuper addo, neque contrarium sentientibus adstipulor." haec dum geruntur, in infirmitatem decidit patriarcha, adeo ut diebus paucis salus eius a medicis desperaretur; cuius imperator certior factus, de vi facta non nihil remisit, eo mortuo cuncta se pro voluntate facilius executurum cogitans. ceterum dei manu mi-

χαμαιλέων παρασκευάζει λάθρα διά τινων τοὺς στρατιώτας
19 ἀνελθεῖν εἰς τὸ πατριαρχεῖον καὶ συρτὰ κατυβάσαι αὐτόν.
ἦν δὲ ἡ παρείσβασις τῶν νηστειῶν. καὶ συναχθέντες παμ-
C πληθεὶ ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ μετὰ μαχαιρῶν
καὶ ξύλων, ἐγέμισαν τὰ προαύλια τῆς ἐκκλησίας, κράζοντες
καὶ βοῶντες ἀτάκτως. καὶ λοιπὸν ἤρξαντο ἀνασκάπτειν καὶ
ἀναθεματίζειν τοὺς ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ Γερμανὸν καὶ Ταρά-
σιον καὶ Νικηφόρον. ἅπερ ἀκούσας ὁ πατριάρχης ηὐχαρί-
στησε τῷ θεῷ μετὰ δακρύων ὅτι ἠξιώθη ὑπὲρ εὐσεβείας
ταῦτα ἀκοῦσαι. καὶ δὴ ὥρμησεν ὁ λαὸς ὁμοθυμαδὸν πρὸς
τὸ ἀνελθεῖν εἰς τὸ πατριαρχεῖον. καί τις Θωμᾶς πατρίκιος
ἀπὸ δισυπάτων γενόμενος, ὃς τότε τὴν ἐκκλησίαν παρέλαβεν
ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἀσφαλίσας τὰς πύλας τοῦ πατριαρχείου
D ἀπεδίωξεν αὐτοὺς ὡς δῆθεν τοῦ βασιλέως χωρὶς ταῦτα ποι-
οῦντας. καὶ λοιπὸν ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἀπελθὼν πρὸς τὸν
χαμαιλέοντα εἶπεν αὐτῷ τοῦ λαοῦ τὴν ἄτακτον ῥύμην. ὁ δὲ
ἀεὶ ψεύστης ὢν ἠρνήσατο εἰδέναι, μηδὲ ἀπεστάλθαι παρ'
αὐτοῦ. ἀλλά, φησίν, ἀνάγκην ἔχουσιν καὶ πόνον οἱ λαοί, καὶ
διὰ τοῦτο οὕτως ἐποίησαν. καὶ λέγει ὁ Θωμᾶς ὅτι εἰ κελεύ-
εις αὐτόν, δέσποτα, ἐξεῶσαι, οὐ πολλῶν ἐστὶ χρεία. δύο
ὀνόματα ἀπόστειλον, καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν βαστάσαι· οὐ
γὰρ δύναται περιπατῆσαι ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκ τῆς νόσου, καὶ οὕτως

καὶ ὁ λαχὼν πατριαρχεῖν, ὁ καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τὸν λόγον περιττὸς Θεοδόσιος, ὃν ἡ τῶν Ἀντιοχέων τῇ μεγαλοπόλει ἐχορήγησεν ἀγαθὸν πολυτίμητον· ἀλλ' ἡ γυνὴ προεῖχεν οἷα καὶ γυνὴ καὶ μήτηρ, καὶ ἦν τοῦ λοιποῦ σκοπὸς αὐτὴ διὰ τὸ προφαίνεσθαι, καί τινες ἔρωτος νόμῳ ἐτοξάζοντο κατ' αὐτῆς λανθάνοντες, εἴ πως μεσιτεύσει τὰ τῆς βολῆς, ὡς ἐῴκει, πρὸς βασιλείας ἐπιτυχίαν. ὑπερηκόντιζε δὲ τοὺς λοιποὺς Ἀλέξιος ὁ Κομνηνός, ἀδελφιδοῦς μὲν ὢν τῷ αὐτοκράτορι Μανουήλ, τὴν τοῦ πρωτοσεβαστοῦ δὲ ζώνην φέρων, καὶ προσείχετο τῇ δεσποίνῃ τῇ τοῦ βασιλέως μητρὶ πλέον τῶν ἄλλων. ὑφέρπει οὖν ζῆλος ἐντεῦθεν, καὶ ὅ φασιν ὀστρακίνδα κατὰ τοῦ ἀνδρὸς ὑποβλεψάμενος οὐκ ἀνίει ἑλίττων στροφὰς ποικίλας, εἴ πως ἐκείνῳ μεθοδεύσει μετάστασιν. καί πως οὕτω δόξαν τοῖς τηνικαῦτα προφέρουσι τῶν εὖ γεγονότων, συνθεσίας κατ' αὐτοῦ πέπλος ῥάπτεται, περιδύσων αὐτὸν καὶ συνέξων οὐ πρὸς ἡδονήν. ὕφαναν δὲ τοιοῦτον πέπλωμα οὐκ ὀλίγοι τε ἕτεροι καὶ οἱ δύο παῖδες Ἀνδρονίκου τοῦ ἐκ Κομνηνῶν, ὃς αὐτανέψιος μὲν ἦν τῷ βασιλεῖ Μανουήλ, καὶ ὡς ἂν ἡ πεδινὰ λαλοῦσα εἴποι γλῶσσα, πρῶτος ἐξάδελφος, εἰς βασίλειον δὲ θρόνον ἑαυτὸν ἐκάθισεν ὕστερον οὐ πάνυ εὐτυχῶς οὔτ' αὐτῷ οὔτε τοῖς περὶ αὐτόν. ὀνόματα δὲ τοῖν παίδοιν ἤτην, τῷ πρώτῳ μὲν κατὰ γέννησιν Μανουήλ, Ἰωάννης δὲ τῷ μετ' αὐτόν, ὃν καὶ αὐτὸν ἐγνώρισεν ἡ βασιλεία, καθὰ καὶ τὸν πα-

gentem. fuerunt quidem etiam alii tutores, in quibus is, cui obtigerat patriarchatus, virtutibus et facundia eximius Theodosius, quod bonum pretiosum imperii capiti commodaverat ecclesia Antiochensium. sed tamen primaria illa erat, quippe et mulier et mater, eratque quasi scopus quidam propter eam dignitatem, quem nonnulli per tela amoris occulte petebant, si forte ea tela metam imperii scilicet ferirent. superavit autem eo certamine reliquos Alexius Comnenus, qui patruelis imperatoris Manuelis et protosebasti cingulo ornatus erat, atque ceteris studiosius imperatrici, imperatoris matri, operam dabat. surrepit igitur invidia et puerorum instar testis ludentium circumspiciens, haud cessat variis sinuari orbibus, si forte illum summoveat. quumque sic fere visum esset primoribus procerum, conspirationis tela texitur, qua ille involvatur et contineatur minime ad laetitiam. texuerunt autem eam telam quum alii non pauci, tum duo filii Andronici, qui e Comnenis et imperatoris Manuelis patruelis germanus, h. e. ut verbis dicam planis, fratris filius erat, ac postmodum sellam occupavit imperialem, nec sibi nec amicis saluti. nomina duobus filiis erant natu maiori Manuel, minori Ioannes, quem et

272 τέρα μετ' οὐ πολύ. καὶ οὗτοι μὲν δύο τότε συνωμοσάσθην, ἐν δὲ τοῖς καὶ Ἀλέξιος ἦν, πρωτοστράτωρ μὲν τὴν ἀξίαν, ἀνεψιδοῦς δὲ γνήσιος καὶ ὑπερλίαν φιλητὸς τῷ βασιλεῖ Μανουήλ· πρὸς δὲ καὶ Ἰωάννης Δούκας ὁ ἔπαρχος, ὃν καὶ ἐξ αὐτῆς θέας τεκμήραιτ' ἄν τις καλλιστεύειν ἐν ἀγαθοῖς (μεγάλη δ' ἐν τούτοις μοῖρα ζήλου), καὶ οἱ Καίσαρες, ἡ πορφυρογέννητος Μαρία, ἣν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ ἡ ἐξ Ἀλαμανῶν Εἰρήνη τὸ ἅγιον ἐκείνη γέννημα ἐγείνατο, καὶ ὁ συζυγῶν αὐτῇ Ἰωάννης ὁ μαρκέσιος, νεανίας μὲν τὴν ἡλικίαν, τέλειος δὲ τὴν ἀνδρίαν. ὁποῖα δὲ ἐν τοιούτοις ὡς τὰ πολλὰ ξυμπίπτει, ἔνθα ὁ λόγος οὐκ ἔχει κρύπτεσθαι εἰς τέλος ἀλλ' ἐκφαίνεται, φωρῶνται πάντες οἱ τοιοῦτοι ἑνός τινος τῶν λοχιτῶν καταμηνύσαντος, καὶ συγκροτεῖται δίκη. καὶ προκάθηται μὲν ἡ ἐπίτροπος μήτηρ, κυρία πάντων ἤδη προβεβλημένη ψήφῳ κοινῇ, ὡς μὴ ὤφελεν, ὑποκάθηται δὲ ὁ υἱὸς καὶ βασιλεὺς Ἀλέξιος. καὶ κατηγοροῦνται οἱ τὸν πρωτοσεβαστὸν οὐ φαύλως μισοῦντες, καὶ μετὰ πολλὰ τὰ διὰ μέσων κατακρίνονται, βραβεύοντος εἰς τὸ πᾶν τῇ τοιαύτῃ εὐθυδικίᾳ τοῦ βαθυτάτου Θεοδώρου τοῦ Παντεχνοῦ, τοῦ δικαιοδότου καὶ ἐπὶ τῶν οἰκειακῶν· καθ' οὗ θελήσας ἐνστῆναι ὁ μέγας ἐν πατριάρχαις ἔσχασε πᾶσαν ἐν κενοῖς μηχανήν· ἦν γὰρ ὁ Παντεχνὴς ἀληθῶς Παντεχνής. καθείργνυνται οὖν ἐν τῷ μεγάλῳ

12. τινῶν T

ipsum mox imperium nobilitavit, sicut nobilitavit patrem. hi igitur duo iuvenes tum conspirarunt, et una cum iis Alexius, protostrator dignitate, patruelis et mire carus imperatori Manueli; praeterea Ioannes Ducas eparchus, quem vel ex ipso vultu putares virtute primarium (quorum omnium magna erat ambitio); tum Caesares, Maria porphyrogenita, quam imperatori Manueli Irene Alemanna partu peperit sacrosancto, et coniux eius Ioannes marchio, aetate adolescens, virtute adultus. verum ut fere evenit in tali re, quandoquidem conspiratio usque ad finem celari nequit, sed in lucem profertur, deprehenduntur omnes, ab uno aliquo e coniuratis re indicata, ac quaestio instituitur. ac praesidet iudicio mater imperatoris, rerum iam domina declarata suffragio communi omnium, id quod minime decebat, assidebat autem filius eius imperator Alexius. itaque accusantur, qui haud temere oderunt protosebastum, atque multis transactis quaestionibus condemnantur, adiuvante studiosissime eam sententiam callidissimo viro Theodoro Pantechne, qui iudex et praefectus aerarii erat, cui obnixus patriarcharum princeps, omnes incassum machinas adhibebat. erat enim Pantechnes ille re vera *παντεχνής* i. e. homo versutissimus. dantur igitur custodiae in

παλατίῳ καὶ οἱ ἀδελφοί, ὁ Μανουὴλ καὶ ὁ Ἰωάννης, πρὸς δὲ καὶ ὁ πρωτοστράτωρ Ἀλέξιος, ἔτι δὲ καὶ ὁ ἔπαρχος· τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν ἀφείθησαν, ἀληθῶς μὲν εἰς ἕωλον δεῖπνον τοῖς βουλομένοις αὐτῶν θοινήσασθαι, φαινομένως δὲ κατὰ φιλίαν καὶ τὸ εἶναι ἀνύποπτοι, οἱ δέ τινες ἀπώλοντο ποικίλως καὶ ὡς οὐκ ἄν τις ἴδοιτο. πολλοὶ δὲ καὶ ὑπερορίᾳ ἑκόντες ἐδικαίωσαν ἑαυτούς· ὧν ἦν καὶ ὁ καλὸς Λαπαρδᾶς, ὁ πάνσοφος τὰ στρατηγικά, ὃν ἱέρακα διὰ τὸ τῆς φρονήσεως καὶ τὸ κατὰ πρᾶξιν ὀξυνετὲς ὁ τῶν Τούρκων σουλτὰν ὀνομάζειν ἐθέκρινεν, ὁ τότε μὲν εὐτυχῶς περισωθείς, μετὰ δέ γε ἀθλίως ταῖς τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου καὶ αὐτὸς πάγαις περιπετευχηκὼς καὶ ἐξολωλώς.

Ἦν δὲ ταῦτα τότε. καὶ τέως μὲν περὶ μίαν ἡμέραν οἱ τέσσαρες ἠτιμωμένοι ἑάλωσαν δῆθεν ξυνωμοσίας, ὁ Μανουὴλ καὶ Ἰωάννης οἱ ἀδελφοί, ὁ πρωτοστράτωρ Ἀλέξιος καὶ Ἰωάννης ὁ ἔπαρχος· καὶ εἶχεν αὐτοὺς ἡ κάθειρξις, καὶ πρὸ αὐτῆς τὰ λίαν ἄτιμα. τὸ δὲ ζέον τοῦ θυμοῦ τοῖς κρίνασιν ἐβράττοτο καὶ κατὰ τῆς πορφυρογεννήτου καὶ τοῦ συμβιοῦντος Καίσαρος. οὐκ εἶχε δὲ καὶ ἐκζέσαι αὐτίκα, ὡς καὶ γενέσθαι πρόοπτον τὸ κακόν, ἀλλ' ἐνδομυχοῦν καὶ ὑποτυφόμενον ἐπέσχεν εἰς τοσοῦτον ὡς καὶ τὸν πατριάρχην δοκῆσαι πρὸς αὐτῶν εἶναι τοὺς κρίνοντας. διὸ καὶ αὐτὸς μὲν ἁπλοϊκῶς ἐμηνύσατο πρὸς ἑσπέραν τὰ λῴονα. οἱ δὲ οὐχ ἁπλοῖ ἐμελέτων

1. τῷ?

magno palatio fratres Comneni, Manuel et Ioannes, Alexius protostrator, et eparchus. e reliquis alii dimissi sunt, revera ad epulas, ut aiunt, hesternas, si qui epulari vellent, sed specie amicitiae et confidentiae, alii perierunt fatis variis et quae nemo facile viderit. multi etiam ultro se exilio multarunt; e quibus eximius ille fuit Lapardas, vir rei militaris peritissimus, quem propter ingenii acumen et celeritatem agendi eximiam sultan Turcarum nomine vulturis dignum iudicabat; qui tum quidem feliciter conservatus, sed postea imperatoris Andronici laqueis irretitus, miserabiliter et ipse periit.

Haec igitur ita tum erant. uno die quattuor illi viri contumeliis affecti coniurationis scilicet damnati sunt, Manuel et Ioannes fratres, Alexius protostrator et Ioannes eparchus; continebatque eos custodia, afflictos prius summa ignominia. verum fervor iracundiae aestuabat in animis iudicum etiam adversus porphyrogenitam et vitae socium Caesarem. non poterat tamen effervescere illico, ut despumaretur et manifesta fieret pernicies, sed intus aestuabat gliscabatque, ut etiam patriarcha iudices illis favere putaret. itaque ipse quidem simpliciter sub vesperam suadebat meliora; sed illi iam

ἀνυποστόλως διακειμένων αἴφνης τὸ κακὸν καταράξαι, καὶ συλλαβέσθαι καὶ αὐτούς, ὡς ἂν οὕτω τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται ἀγαλλίασις παρ' αὐτοῖς καὶ τὸ πρωῒ κλαυθμός ἀπ' ἐναντίας τῷ ψάλλοντι. καὶ οὕτω μὲν ἡ κακία ἐπικρύπτειν ἤθελεν ἑαυτήν· ὡς δὲ ἡ σποδιὰ ὦζε θείου καὶ ἡ ὀδμὴ κατεμήνυε πῦρ κρύπτειν σκηπτοῦ ὀλεθρίου καὶ οὐκ ἦν λαθεῖν, μανθάνουσι τὴν ἐπιβουλὴν οἱ Καίσαρες, καὶ ἀπέριττοι, ὡς εἶχον, φεύγουσιν εἰς τὸ τῆς μεγίστης τοῦ θεοῦ Σοφίας εὐαγέστατον τέμενος, ἄσυλον αὐτὸ εἰδότες καὶ πᾶσι προσώποις ἀβέβηλον. διαπετάννυσι τὰς ἀγκάλας αὐτοῖς ὁ ἐν ἀρχιερεῦσι πρωτεύων· περιποιεῖται ὡς ἐξῆν· δίδωσιν ἀνάπαυσιν· λεαίνει λόγοις τε τοῖς πρὸς παραμυθίαν καὶ ἔργοις, ὡς εἶχεν ἰσχύος. εἶχε δέ, ὅσα καὶ πατὴρ ἅγιος. ὑπὲρ ἀληθείας φίλαθλος. οὐ διῆλθε τῆς ἡμέρας πολύ, καὶ οἱ τῆς δεσποίνης ἔτρεχον εἰς τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν ὡσεὶ καὶ κυνηγέται κατά τινος ἀξιολόγου ὄγρας, εἰπεῖν μετριώτερον. καὶ εὑρηκότες τὰ μὲν ᾐτιῶντο, εἰ κατὰ μηδὲν αἴτιον φόβου ἔφυγον, τὰ δὲ παρεκάλουν τοῦ σφετέρου πάλιν ἀδεῶς οἴκου γεςέσθαι, παραπλέκοντες τοῖς λόγοις καὶ ὡς δύσνουν ὑπόνοιαν ἀποπέμπουσιν οἷς οὕτω δραπετεύουσι, ταῖς δὲ τοιαύταις ἐννοίαις καὶ ἐμφάσεις ὑποσκιάζοντες βουλῆς οὐκ ἀγαθῆς ἐπ' αὐτοῖς· οὐκ ἔχει γὰρ τὸ πάνυ θυμούμενον σταθερῶς ἐπικρύπτειν ἑαυτό, ἀλλά που

haud simplices aperte moliebantur, quod decreverant, subito facinus patrare et illos quoque comprehendere, ut vespere habitaret apud eos laetitia, mane lamentatio, contra quae psalmista canit. atque ita quidem pravitas celare se posse sperabat; sed quum suboleret cinis sulfuris, et odore isto qui occultaretur praecipitis perniciei ignis indicaretur, nec posset latere, comperiunt insidias Caesares, ac nullis rebus instructi, fugiunt, ut erant, ad templum potentissimae apud deum Sophiae sacrosanctum, quod asylum et cunctis inviolabile esse scirent. obtendit illis brachia sacerdotum princeps; officia praestat pro viribus; requiem parat; delenit tum verbis ad consolandum factis, tum beneficiis dolorem, uti potest. erat idem, velut pater sanctus, pro vero ad certandum paratus. haud multum diei effluxerat, quum imperatricis ministri in sanctissimam magnam ecclesiam advolarunt, venatorum instar eximiam insequentium bestiam, ut modeste dicam; repertosque partim accusabant, quod, quum non esset, cur timerent sibi, fugissent, partim exhortabantur, ut securi domum redirent, verbis illos irretientes, quo malam suspicionem fugitivis eximerent, sed tali ratione etiam adumbrantes quasi haud boni consilii indicia. nimirum animus ira fervens occultare se constanter nequit, sed erumpit, quod intus aestuat, velut typhon subterraneus vehemens.

καὶ ἐκρήγνυσι τὸ ἐνδόμυχον ὁποῖά τις τυφὼς ταρτάριος βίαιος. οἱ τοίνυν Καίσαρες βεβαιώσαντες τὸ δέος ἐν ἑαυτοῖς οὐκ εἶχον τὸν νοῦν πρὸς τοῖς λαλοῦσιν ὡς εἰς ἀγαθόν, ἀλλὰ τῷ παραμεμιγμένῳ πικράζοντι καὶ τὸ γλυκάζειν δοκοῦν ὑπεβλέποντο, ἐπιτυγχάνοντες αὐτοὶ τοῦτό γε. ὡς οὖν ἀπέγνωστο ἡ τῶν Καρσάρων πειθώ, καὶ ὡς οὐκ ἔσται αὐτῶν ἄγραν θέσθαι διὰ δόλου διέγνωστο, κατανοεῖται βία, καὶ τὸ τοῦ στόματος ἁπαλὸν σκληρὰ χεὶρ διαδέχεται, καὶ τὰς βολίδας γλώσσας συστείλαντες οἱ δεσποινικοὶ τὰς ἐκ σιδήρου μελετῶσι χειρίσασθαι. καὶ πρῶτα κατὰ τοῦ ἱεράρχου τραχύνονται, ὅτι μὴ τῆς ἐκκλησιαστικῆς προϊστάμενος ὡς εἰπεῖν ἀκροπόλεως καταπροΐεται τοὺς πεπιστευμένους αὐτῇ, συνειλεγμένους εἰς πάνυ πυκνὸν στῖφος καὶ οὐδὲ ἀγεννές. καὶ γίνεταί τις ἐνταῦθα συγγραφή, ὁποίαν δαίμων ἂν τεχνάσαιτο.

Ἦν ἑορτὴ μεγάλη τοῦ σωτηρίου πάσχα, καὶ ὤφειλον τῷ βασιλεῖ ἀσπασμὸν ἡ ἐκκλησιαστικὴ λογάς, ὅσοις τὸ τοιοῦτον 273
ἀνέκαθεν ἐψήφισται φίλημα. ὡς δὲ καὶ τὸν ἀρχιερέα ἔδει κορυφαῖον παρεῖναι καὶ κατάρξαι τῆς ὀφειλῆς (τῷ δὲ ἦν δῆλον ὡς τὸ τοιοῦτον φίλημα παραδώσει αὐτόν, κατά τι ὁμοίωμα τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ Χριστοῦ), καὶ ἐδεδίει ἀνθρωπίνως ἐκεῖνος, εὐλαβούμενος ἀποβῆναι κατάσχετος, καὶ ὤκνησε τὴν εἰς τὰ βασίλεια ὁδόν, γίνεται ἀναβολὴ

1. ἦν] ὧ T

itaque Caesares, confirmata sibi formidine, ad securitatem hortantibus aures haud faciles praebuerunt, sed propter ea, quae admixta essent acerba, etiam quae dulcia viderentur, suspecta habebant, et recte id quidem. quare quum desperarent asseclae imperatricis, fore ut persuaderetur Caesaribus, atque intelligerent, dolo se iis potiri non posse, vim adhibendam esse decernitur, orisque blanditias aspera excipit manus, atque cohibita lingua suaviori ferream parare constituunt. ac primum in archipresbyterum asperantur, quod sacrae, ut ita dicam, arci praefectus prodere nolebat, qui in eam confugerant, coactos in globum densissimum et haud ingenerosum. hinc iam narratio sequitur, qualis daemoni alicui pertexenda videatur.

Erat dies inprimis festus, pascha salvatoris, debebatque imperatorem adorare collegium sacerdotum, quibus quidem ea osculatio inde a prisco tempore mandata erat. quum autem etiam archipresbyterum ducem agminis oporteret adesse et debitam praeire adorationem (qua osculatione manifestum erat, fore ut proderetur, exemplo magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi), veritusque ille, quae est natura humana, ne captivus fieret, ad palatium ire cunctaretur, moram patitur solita osculatio differturque in tempus aliud, imperatori si-

τοῦ καθήκοντος ἀσπασμοῦ, καὶ ὑπερτίθεται εἰς ἑτέραν ὥραν, μαθητευθεῖσαν τῷ βασιλεῖ. καὶ ἦν ἐκείνη παρασκευή, καὶ ἀλλοία μέν τις φαύλη, καὶ ἑβδομάδος δὲ τῆς μετὰ τὴν πασχάλιον κυριακήν· καθ' ἣν συλλεγέντος τοῦ πλήθους, ὅσον εἴωθεν ἐν τοῖς τοιούτοις πληροῦν τὰ βασίλεια, τελεῖται μὲν καὶ τὸ ἀσπάσασθαι, τὸ ἐπιπολάζον τῆς μηχανῆς, συντελεῖται δὲ καὶ τὸ κρύφιον, ἡ ἐξ ἐρήμης τοῦ πατριάρχου καθαίρεσις, ὡς οὐκ ἂν εὐφήμως εἰπεῖν ἔχοι τις. τῶν μὲν γὰρ ἀρχιερέων, εἰ χρὴ φάναι, κερδαλεότης, τῶν δὲ εὐλάβεια κατὰ πολὺν φόβον, τῶν δὲ καὶ μῖσος οὐκ εὐλόγιστον κατὰ τοῦ ἀρχιερατεύοντος οὕτω ῥαδίως ἤνυσαν τὴν ἐκείνου καταβολήν, ἐπιτιθεμένων καὶ τῶν τινῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς, κατακτυπούντων, ὡς οὐκ ἂν οὐδὲ Ἱεριχούντεια τείχη κατηχούμενα σάλπιγξιν ἐκείναις ἔπιπτον.

Καὶ τὸ ἐκεῖθεν, βραχυλογικῶς καὶ αὐτὸ ἱστορῆσαι (τί γὰρ ἀναμετρητέον τὰ πέρα μέτρου;), τάραχος μέγας τῶν τοῦ παλατίου, ὅσον ἦν πρὸς τοῦ θεοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀληθείας, τῶν τοῦ λαοῦ τῆς πόλεως, τῶν αὐτῆς δὴ τῆς ἐκκλησίας. καὶ ἐκείνης γὰρ ὀλίγοι κατεσκίρτησαν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν· οἱ δέ γε πλείους προεωρῶντο τὸν κύριον ἐνώπιον αὐτῶν διὰ παντός, καὶ κατὰ τῶν πεπραγμένων ἐγίνοντο. οὐκοῦν καὶ μερίζονται. καὶ οἱ μὲν τῷ μικρῷ βασιλεῖ ἐκομίζοντο, καὶ καθάπαξ ὑπαγορεύσαντες ἐκείνῳ, καὶ ὡς οὐκ ὤφελον,

gnificatum. ac fuit solemnitas illa tum reliqua parum laeta, tum hebdomade ea, quae dominicam paschalem sequitur: qua hebdomade, congregata multitudine, quae in eiusmodi rebus palatia implere solet, tum osculatio fit, id quod quasi supernatabat consilio, tum consummatur, id quod celabatur, indicta causa patriarchae deiectio, quam nemo faustis possit verbis commemorare. sacerdotum enim, siquidem dici oportet, quod verum est, partim astutia, partim ex nimio metu prudentia, partim etiam invidia haud honesta, faciebat, ut facile illius deiectionem perficerent, suffragantibus etiam quibusdam senatorum, ac tumultuantibus vehementius, quam quo tubarum sonitu percussa Ierichus moenia conciderunt.

Secuta est, ut paucis hoc quoque verbis dicam, (quid enim remetiar, quae omnem excedunt modum?) magna seditio palatinorum, qui quidem deo adhaerebant et veritati eius, civium, ipsorumque adeo clericorum; namque ex his quoque pauci exsultabant propter ea, quae acciderant, plerique suspiciebant dominum perpetuo sibi obversantem, damnabantque quae facta erant: unde orta utique inter eos discordia est. ac nonnulli quidem parvum imperatorem adeunt, et recta via omnia effati docuerunt, ut minime debebant, archipresbyteri imminutionem,

διδάξαντες τὴν τοῦ ἀρχιερέως ἀτιμίαν, ἐπέμενον οἷς ἐκακούργησαν, καὶ τὴν διδασκαλίαν ἠσφαλίζοντο, καὶ τὸν παῖδα τῷ μαθήματι ἐνερείδοντες τηρεῖν αὐτὸ εἴθιζον, καὶ μάλιστα ἡ τὸ πᾶν δυναμένη μήτηρ καὶ ὁ μετ' αὐτὴν πρωτοσεβαστός, ὁ κατὰ τῆς ἐκκλησίας τότε μελετήσας δυνατὸς γενέσθαι καὶ σὺν γυναιξὶ συστήσας κατὰ τὴν παροιμίαν μάχην. καὶ οὕτω μέν τινες οἱ τοῦ μὴ καλοῦ· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπί τε τῷ πατριαρχικῷ καταστυγνάζοντες δυσπραγήματι ἐπί τε τῇ τῶν Καισάρων δυστυχίᾳ, καταλήγουσιν εἰς κακὸν μέγα καὶ οἴκτιστον. εἰπεῖν γὰρ ἐν βραχυτάτῳ, πόλεμος κροτεῖται ἱερός, ὡς ἂν καιρίως φαίη τις. καὶ στεγανοῦνται μὲν οἱ τῆς ἐκκλησίας ἐντὸς ὡς ἐπὶ πολιορκίᾳ μεθ' ὅπλων, οἱ δὲ βασιλικοὶ ἔξωθεν ἐπιπίπτουσι καὶ πολλοὶ καὶ γενναῖοι. καὶ πίπτουσι μὲν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τῶν δὲ βασιλικῶν ἀμύθητοι. διέβη δέ τι τοῦ τοιούτου κακοῦ καὶ εἰς τὴν ἀγοράν· τὸ γὰρ βασιλικὸν συμμαχικὸν πολλοῖς ἐνεπήδησε, καὶ τοὺς μὲν ἄλλως ἔβλαψε, τινὰς δὲ καὶ τοῦ ζῆν ἀπήγαγεν. ὅθεν καὶ πλατυνθὲν τὸ κακὸν ἐπλήθυνε τὸ κατὰ τῆς βασιλίδος μῖσος καὶ ἥπλωσε μικροῦ δεῖν εἰς ἅπαντας. καὶ ἔγεμον αὐτῆς τὰ πάντων στόματα οὐκ εἰς ἀγαθόν, καὶ ἐβουλεύοντο τὰ εἰς κάκωσιν αὐτῆς καὶ ἀπόστασιν. ὁποῖα δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, οὐ μόνον ἐκ τῶν παρὰ πόδας ἐπορίζοντο τὰ εἰς ἄμυναν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ πόρρωθεν ἀνεβίβαζον τοὺς λογισμούς, καὶ ἀνέβη αὐτοῖς ἐπὶ

perseverabantque in iis, quae commiserant, sententiamque suam stabiliebant, et puerum confirmantes in praeceptis suis, ut observaret ea adsuefaciebant, in primis, quae plurimum pollebat, mater eius et secundus post eam protosebastus, qui ecclesiam tum dominari cupiebat et cum mulieribus secundum proverbium excitaverat pugnam. atque ita quidem nonnulli virtutis parum amantes; reliqui autem animis afflicti propter patriarchae et Caesarum iniuriam ad malum ingens et miserabile deveniunt. ut enim brevi dicam, bellum oritur sacrum, ut iure quis dicat. armis teguntur intus ministri ecclesiae ad defendendam obsidionem, adoriuntur eos extra imperatorii multi et generosi. cadunt haud pauci eorum, qui in ecclesia erant, ex imperatoriis autem innumerabiles. transiit autem aliquid eiusdem mali etiam in forum. partis imperatoriae asseclae enim adorti sunt plurimos, atque alios laeserunt, alios etiam vita privarunt. unde latius grassata pernicies auxit odium imperatricis et ad omnes prope pertinuit. fremebant adversus eam ora omnium et moliri coeperant inimicitias et defectionem. itaque, ut fere fit in rebus eiusmodi, non solum, quae praesentia erant, ad defensionem pararunt, sed etiam ad longinqua verterunt animos, et venit in mentem, cuius supra mentionem iniecimus.

νοῦν ὁ Κομνηνὸς Ἀνδρόνικος, ὃν ἄνω τοῦ λόγου παρερρίψαμεν. ἐδόκει γὰρ ἀξιόμαχος ἐπίκουρος ἀναφανήσεσθαι ἂν πρὸς τὰ ξυμπεσόντα καὶ ἀλεξίκακος, οὐχ ὥστε μὴν ἐκεῖνον δράξασθαι καὶ πρὸς ἑαυτοῦ θέσθαι τὰ ζυγὰ τῆς βασιλείας, ἀλλ' ὡς τῆς μητρός, ἣ φαύλως ἐπιτροπεύειν ἐδόκει, ἔτι δὲ καὶ τῆς τοῦ πρωτοσεβαστοῦ οἰήσεως ἐξελέσθαι τὸν καταπραγματευόμενον. καὶ ἦν τοῖς πολλοῖς — ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν ὡς πρὸ καὶ αὐτοῦ θεοῦ, θαρρῶ δὲ ἀσφαλέστερον φράσαι ὡς εὐθὺς μετὰ θεὸν τὰ τῆς καραδοκίας εἰς τὸν Ἀνδρόνικον. ὅθεν καὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ πολέμου ἀκμὴν ἔχοντος περί που μεσημβριάζουσαν ὥραν, καὶ διαβλεπομένου ὡς ἑτερορρεπὴς ὑπὲρ τῶν βασιλικῶν ἔσται, πλάσμα ἦν λόγων τοῖς πολλοῖς, ἤδη δὲ καὶ διανοιῶν ἀνάπλασμα ὑπόκενον, ὡς ἰδοὺ ὁ Κομνηνὸς ἥκει καὶ ἐγγύς που τῆς ἀντιπόρθμου τῷ Βυζαντίῳ αὐλίζεται δαμάλεως. καὶ τὸ βουλόμενον ἑκάστου τῶν πολιτῶν εἶχεν ἐκεῖνον παρόντα τῇ μάχῃ, ὡς εἴπερ ἐκ τῆς Σινωπικῆς χερρονήσου, ἣν τότε κατεῖχεν, εἰς τὴν μεγαλόπολιν ἐπτερύξατο. καὶ ἐδόξαζον ἐκεῖνον σωτῆρα σφῶν ἑκάστου ἔσεσθαι καὶ ἕρμα τῆς βασιλείας, κούφως ἐνταῦθα κἀκεῖ παραγομένης πρὸς τοῦ θέλοντος, εἴπερ μόνον τῷ πρωτοσεβαστῷ καὶ τῇ ξυνασπιζούσῃ βασιλίδι χαρίζοιτο. ἔπεμπε γὰρ ὁ Ἀνδρόνικος φαντασίαν τοῖς πλείοσιν ἄνθρωπος εἶναι οἷος διέπειν κόσμον καλῶς, καὶ οἷς δὲ ἔπαθε, μαθεῖν ἀγαθὸς εἶναι, πάν-

videbatur enim socius esse, Andronici Comneni idoneus ad comprimenda et arcenda, quae futura essent, neque tamen ita, ut caperet ipse et sibimet vindicaret habenas imperii, sed ut matris, quae male exercere tutelam videretur, ac protosebasti arbitrio, easdem eriperet prudentia sua. atque erat ille — vereor dicere — plerisque deo ipso carior, sed affirmare audeo, proximum post deum locum in animis Andronicum habuisse. quare quum pugna ecclesiastica circa horam meridianam vehementissime exarsisset, videreturque in eo esse, ut secundum partes imperatorias verteret, sermonibus ficta et consiliis mox reficta plerorumque subibat animos opinio inanis, adventare Comnenum et constitisse ad iuvencam, quae Cpoli opposita est in freti ripa altera. itaque vota cuiusvis civis illum in pugna praesentem habebant, tanquam e Sinopensi chersoneso, quam tum tenebat, in urbem advolasset. fore eum sibi quisque servatorem sperabant et propugnaculum imperii, quod facile huc illuc ab unoquoque traheretur, qui protesebasto et sociae eius, imperatrici, gratificaretur. etenim in animum induxerant hanc opinionem plerique, esse Andronicum hominem ad imperium bene administrandum idoneum, ac didicisse per ea, quae passus esset, bonae frugis esse, et inprimis cultu-

τως δ' ἂν καὶ τὸν τοῦ Μανουὴλ παῖδα αἰδέσεσθαι κατὰ τοὺς συχνοὺς ὅρκους, καὶ μάλιστα τοὺς ὕστερον, οὓς μετὰ πάθας πολλὰς ἐπέκρινε δοῦναι, καὶ δεδωκὼς τὴν τῶν Παφλαγόνων ἀντεκληρώσατο γῆν, ὡς καὶ στρατοπεδαρχεῖν ἐκεῖσε καὶ τὰ ἐκεῖθεν εἰς κέρδος ἀπονοσφίζεσθαι. καὶ εἶχον μὲν οὕτως ἐλπίδων οἱ τῆς μεγαλοπόλεως· αἱ δὲ ἦσαν ἐλπίδες ἄλλως καὶ ὀνείρων κατὰ τὸν εἰπόντα σκιά, ὡς ὁ ἐπιὼν χρόνος ἀνέδειξε, ψεύσας τὴν καλὴν ζωγραφίαν ἣν ὁ καθ' ἕνα ἐπὶ τῷ Ἀνδρο- 274
νίκῳ ἐνετυπώσατο εἰς ἑαυτόν, καὶ ἀπαλείψας μὲν αὐτήν, ἐκφήνας δὲ τὸν ἄνδρα καινότροπον, εἰπεῖν εὐφημότερον.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν μικρόν τι ὕστερον· τότε δὲ ἀνεκαλεῖτο ἕκαστος τὸν Ἀνδρόνικον ὡς ἤδη καὶ παρόντα ἢ γοῦν ἀλλὰ παρεσόμενον. ὡς δὲ τὸ φάντασμα ἐψεύσατο, καὶ ὁ πόλεμος περὶ δείλην ὀψίαν κατειργάσθη, ῥίψας πολλοὺς καὶ τὸ νότιον πολυάνδριον τὸ πρὸς τῇ θαλάσσῃ πλήσας νεκρῶν βασιλικῶν, ὃ δὴ σαπρία τεθέληται λέγεσθαι, καὶ ἐχρῆν κατά τινα ξύμβασιν τὴν τότε δόξασαν ἠρέμα καταστῆναι τούς τε βασιλικοὺς τούς τε ἐκκλησιαστικούς, ὅποι μὲν ἦλθον μεθόδων οἱ τότε, πάρεργον οἶμαι ξυγγράφειν, ὃ δὲ ἡμῖν ὁδοποιεῖ τὰ ἐφεξῆς, εἰρήσεται.

Ἀποκαθίσταται μὲν μετά τινα διαστήματα ἔμμηνα πατριαρχεῖν αὖθις ἀναγκαίως ὁ ἱερώτατος Θεοδόσιος, συγκαθί-

rum Manuelis puerum propter iuramenta, quae fecerat, plurima, posteriora praesertim, quae post magnas miserias dare decreverat, et quum dedisset, Paphlagoniam in vicem accepit, ut et imperium eius provinciae exerceret et sibi inde lucrum faceret. talem igitur spem omnis civitas alebat. sed erat ea spes inanis et somnii, quod aiunt, vana species, quemadmodum tempus deinde secutum declaravit, quod pulcram illam imaginem, quam de Andronico sibi quisque confinxerant, delevit et abstersit, ostenditque hominem, ut benignius dicam, novum et insolitum.

Sed illud quidem paulo post factum est. tum autem vocabat unusquisque Andronicum, tanquam iam praesentem, aut certe quidem mox affuturum. quae spes quum fefellisset cives, et bellum multa vespera cessasset, fractisque multis et coemeterio australi, quod ad mare pertinet et putredinis nomen meruit, cadaveribus impleto imperatoriis, secundum pactionem tum initam quiescere oporteret et imperatorios et ecclesiasticos, supervacaneum puto narrare, quas illi tum conditiones constituerint, ac dicturus sum, quod viam nobis muniat ad res deinde secutas.

Restituitur post unius fere mensis dissidia in patriarchatum necessitate cogente sanctissimus Theodosius, sociaturque cum eo com-

σταται δὲ καὶ τὸ ἀρχιερατικὸν ξύμπαν εἰς μίαν ἕνωσιν, καὶ δοκεῖ τὰ τῆς πόλεως οὕτω κύματα γαλήνην εὑρεῖν. ὡς δὲ ἐχρῆν ἕκαστον μέγα πρόσωπον τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκφαίνεσθαι κατὰ εἰρήνης δῆθεν λόγον (ἔγεμε γὰρ αὐτῶν εἰσέτι τὸ θεῖον τέμενος, παραμενόντων ἐξ ὅτου προσπεφεύγασιν), οἷς μὲν οὐκ ἦν ὕποπτον τὸ βιοῦν, καὶ οἷς δὲ ἁπαλῶς εἶχεν ἡ ψυχή, προυφαίνοντο, καὶ ἐλάλουν καὶ ἐποίουν ὅσα ὑπέβαλλεν ὁ καιρός. ἡ δὲ τοῦ Ἀνδρονίκου θυγάτηρ, ἡ τὸν Συναδηνὸν Θεόδωρον ὕστερον εἰς ἄνδρα λαβοῦσα καὶ ταχὺ ἀποβαλοῦσα, οὐ καθ' εἱρμόν, ὡς λέγεται, φύσεως, ἐφαίνετο οὐδαμοῦ καὶ μὴν ἀνεψηλαφᾶτο κατ' ἐπιμέλειαν. ἦν δὲ ἡ αὐτῆς ἐκκλησίαθεν ἀποκρυβὴ φυγὴ πρὸς τὸν πατέρα ἕως καὶ εἰς Σινώπην, ἔνθα ἐκεῖνον ἔγνω εἶναι. καὶ ἔσχεν εὐόδως, ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ ἀνὴρ δεξιώτατος· ἔοικε γὰρ ἡ φύσις φιλοτιμήσασθαι καὶ αὐτῇ τέχνην τοῦ φεύγειν, καθάπερ καὶ τῷ πατρί, ὃν μικροῦ ἂν δεήσῃ τις εἰπεῖν ὡς διὰ βίου κατώρθου τὸ καὶ φυγὰς εἶναι καὶ διαδιδράσκειν τοὺς ἐπιτρέχειν ἐθέλοντας. ἡ τοίνυν θυγάτηρ ἐκείνη οὕτως ἀνδρισαμένη τὰ εἰς δρασμόν, καὶ εἰς ἓν γενομένη τῷ πατρὶ καὶ τὰ τῆς πόλεως περιηγησαμένη, τά τε ἄλλα ἐνέγραψεν εἰς ἀναπάλειπτον ἐκείνου ψυχῇ, καὶ ὅτι δὲ θεὸς τοῖς Κωνσταντινουπολίταις αὐτὸς περὶ γῆν μετὰ τὸν οὐράνιον. καὶ τὴν καρδια-

7. προὐφαίνετο T

muni foedere collegium archipresbyterorum universum, ac videntur ita tandem sedati esse fluctus urbani. quum autem eorum, qui in ecclesia erant, illustrior quisque prodire deberet secundum conditionem pacis (refertum enim etiam tum erat sacrum delubrum, remanentibus, ex quo eo fugerant, plerisque), qui vitae non timebant et animo erant placido, prodibant et loquebantur faciebantque, quae tempus suaderet. sed Andronici filia, quae Theodorum Synadenum postea maritum habuit et mox amisit, non secundum legem, ut aiunt, naturae, nusquam comparebat quamvis studiose quaesita. erat autem ex ecclesia fugientis latibulum iter Sinopen ad patrem susceptum, in qua illum urbe commorari sciebat; fecitque id iter ita strenue, ut ne vir quidem expeditissimus. videbatur enim natura quasi ambitiose illi quoque fugiendi dedisse artem, quam patri dederat, quem quis paene dixerit vita comprobasse illud "fugitivum esse et effugere insectari conantes." filia igitur eius, postquam fuga laudem virtutis meruit et cum patre coniuncta est, res in urbe gestas enarravit, inscripsitque animo eius acutisimo stilo cum reliqua, tum quod post deum coelestem ipse a Cpolitanis alter in terris deus haberetur. quae quidem verba multum secum versans, et varia volvens in animo con-

κὴν γραφὴν ταύτην ἀνελίττων συχνὰ ὁ Ἀνδρόνικος, καὶ διαλογισμοὺς ἀναβιβάζων ἀεὶ ἐν καρδίᾳ ποικίλους, ἐκνικᾶται λογισμῷ ἑνί, ὅς τὸ σύμπαν εἰς φθορὰν ἐκύκησεν. ἀρξάμενος γὰρ ἐκεῖθεν ἀκροβολίζεσθαι κατὰ τῆς βασιλίδος καὶ τοῦ πρωτοσεβαστοῦ καὶ μέμψεις ἐπιπέμπειν διά τε γραμμάτων καὶ στομάτων, ὡς ἄρα τὸ τῆς βασιλείας καθάρειον καπηλεύοντες παροινοῦσι κατὰ τοῦ βασιλέως παιδός, καὶ σκώπτων καὶ ἀπειλούμενος, καὶ τῶν ὁμοίων αὖθις ἀντιπειρώμενος καὶ οἷα ἔλεγεν ἐπακούων, ὡς τοῖς ὑβριζομένοις ἤρεσκεν, εἶτα καὶ παραινῶν δῆθεν καὶ μὴ εἰσακουόμενος, ὅτι μηδὲ ἦν ἐπιτάσσων φορητά, ἐκμαίνεται εἰς ὁδὸν ὡς ἐπὶ ἀμύνῃ τῇ ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, οἷα καὶ φημιζόμενος ἐπιτετάχθαι πρὸς τοῦ μακαρίου Μανουὴλ συνδιαφέρειν καὶ αὐτὸς τὸ βάρος τῆς ἐπιτροπῆς.

Καὶ ἦν ἡ τοῦ Ἀνδρονίκου εἰς τὴν μεγαλόπολιν τὸ ἐντεῦθεν ὁρμή· βασιλεὺς πρόφασις, Ἀλέξιος δηλαδὴ ὁ μικρός, ληψόμενος ἄμυναν· ἄλλως μέντοι ἀληθῶς πρόθεσις βασιλεὺς ἐκεῖνος, ἄωρος θανούμενος, ὡς οὐκ ἐχρῆν. καὶ γοῦν συλλεξάμενός τινα στρατιάν, τὴν μὲν κατὰ γῆν τὴν δὲ λοιπὴν κατὰ θάλασσαν, ὡς εἶχεν ἰσχύος (εἶχε δὲ ἀμυδρῶς), ἤλαυνε πῇ μὲν κατὰ σπουδήν, τὰ πολλὰ δὲ σχολαίτερον, μεθοδεύων τῇ σχολῇ δοκεῖν βαρὺς εἰς ὁδὸν εἶναι διὰ τὸ πολὺ τοῦ στρατοῦ· ὅπερ οὐχ οὕτως εἶχεν.

20. ἀμυδρᾶς T 22. δοκεῖ T

silia Andronicus, in eo maxime consilio constitit, quod universam rem publicam perturbaturum erat. etenim eminus e provincia sua lacessere imperatricem et protosebastum, atque contumelias in eos sive libellis sive ore effundere, quod imperii sacrum profanarent et male haberent puerum imperatorem, atque conviciari ac minitari ausus, et simili invicem ratione obiurgatus ipse, et, qualia clamaret, talia audiens ab iis, quos provocarat, praecipere quin etiam conatus, nec auditus, quoniam praecipiebat intolerabilia, ad id postremum processit insaniae, ut adversus urbem proficisceretur ad auxilium scilicet ferendum imperatori. et erat sane fama, a beatae memoriae imperatore Manuele adscriptum eum iis esse, qui ferrent onus tutelae.

Proficiscitur igitur adversus urbem Andronicus: imperator praetextui erat, parvus ille Alexius, opem scilicet habiturus; revera scopo erat, immatura quippe morte periturus, qua minime decebat. itaque comparato exercitu tum terrestri tum maritimo, cum copiis, quas habebat: habebat autem exiguas: partim festinanter, plerumque tardius proficiscitur, quo videretur difficulter propter copiarum procedere multitudinem, id quod secus erat.

Ὡς δὲ τὴν τῶν Θυνῶν καὶ Βιθυνῶν γῆν περιελθὼν ἦν τῆς τῶν Βεβρύκων, καὶ περὶ τὴν ἀντιπέραν τῆς μεγαλοπόλεως Χαλκηδόνα ἐστρατοπεδεύσατο, ἦν μὲν ἥκιστος τὸν λαὸν ὁ ἀνήρ, διασπείρας δὲ τὴν ἀμφ' αὐτὸν στρατιὰν πρὸς τέχνην καὶ σκηνὰς πηξάμενος ἐν τόποις καιρίοις, ὡς φαίνεσθαι πυκνοῦσθαί τε καὶ πλῆθος ἔχειν, καὶ τὰ πλοῖα δέ, οἷς ἐνέβαλέ τι τοῦ στρατιωτικοῦ, περὶ τὰ κατ' αἰγιαλὸν βράχεα καὶ λοιπὰς θαλαττίους ἀγκάλας δεξιῶς μερίσας καὶ καταστήσας, ὡς μὴ σαφῶς διαφαίνεσθαι οἷά τε καὶ ὁπόσα ἐκεῖνα, τοιαύτην σκότωσιν ἔπεμψε τοῖς μεγαλοπολίταις, τοῖς τε ἄλλοις καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς πρὸς ἐκεῖνον ἐχθραίνουσιν, ὡς δοκεῖν τήν τε περαίαν γῆν καὶ τοὺς αὐτῇ προσκυροῦντας αἰγιαλοὺς πεπλῆσθαι, τὴν μὲν στρατευμάτων πεπυκνωμένων, τὴν δὲ συχνῶν τριήρεων καὶ ἑτέρων πλοίων, ὅσα προμήκη σκευωροῦσιν αἱ κατὰ θάλασσαν μηχαναί. καὶ εἰώθαμεν ἀληθῶς ἐν τοιούτοις οὕτω πάσχειν οἱ ἄνθρωποι· πληθύνομεν γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ μεγεθύνομεν ἃ θαυμάζομεν, οἷα μὴ ἀκριβοῦν δυνάμενοι διὰ τὸ τὴν ψυχὴν συγκεχύσθαι τοῖς ἐκπλήττουσι.

Τοιοῦτος οὖν ὁ Ἀνδρόνικος φανείς, καὶ ὁ οὕτως ὀλίγος μυρίος διακριθείς, ἐφέλκεται διὰ βραχέος καιροῦ πάντας, καὶ τὴν ὅλην πόλιν μετάγει, ὡς οὕτως εἰπεῖν, πρὸς ἑαυτόν. καὶ ἵνα μὴ μακρᾷ θαλάσσῃ διηγημάτων ἐπαφῶμεν τὸ τοῦ λόγου ἀκάτιον ἀλλ' ὡς διὰ πορθμοῦ βραχυπορήσωμεν, ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ πλωΐζονται

Per Thynorum et Bithynorum terram profectus, quum in regionem Bebrycensium pervenisset, et ad urbem Cpoli oppositam Chalcedonem castra posuisset, quoniam exercitum perexiguum habebat, copias callide distribuit et tentoria locis idoneis ita collocavit, ut densa et crebra esse viderentur, navigia autem, impositis aliquot militibus, per vada ad litus et sinus maris reliquos apte disposuit, ut numerus eorum et magnitudo minus posset discerni, tantamque Cpolitanis quum reliquis, tum vero inimicis suis fraudem fecit, ut terram oppositam et litora repleta esse putarent partim militum multitudine, partim copia triremium et aliorum navigiorum, quae bellis maritimis parantur praelonga. ac solemus sane homines in eiusmodi rebus ita affici: amplificamus plerumque et exaggeramus, quae admiramur, quoniam accurate ea iudicare non possumus, propterea quod mens turbata est stupentibus.

Talis igitur cum appareret Andronicus, et exiguae eius copiae ingentes esse viderentur, brevi tempore cunctos sibi conciliat, et totam urbem, ut ita dicam, in partes suas traducit. sed ne ingenti mari rerum narrationis nostrae scapham committamus, sed via tanquam per fretum compendiaria proficiscamur, confestim ad illum navigant

εἰς ἐκεῖνον οἱ μεγάλοι, οἱ μικροί, οἱ μέσοι. καὶ θαυμάζουσι μέν, ὁποῖα πρῴην δοκοῦντες βλέπειν οἷα νῦν ἐμφανῶς βλέ- 275
πουσι, καὶ ὡς αἱ μὲν μακραὶ νῆες ἁλιάδες ἄρτι γνωρίζονται τῆς πρὶν κατὰ ἀπάτην σκοτώσεως διαφωτισθείσης, αἱ δὲ σκηναὶ μακροῖς ἀλλήλων διαστήμασιν ἀφορίζονται, σικυηλάτοις πρέπουσαι, ὁ δὲ στρατὸς ὅσος πανήγυρις οὐκ εὐγενής, οἱ δὲ ἵπποι ὁποίους τοὺς πλείους μύλωσιν ἂν καταδέχοιντο. καὶ ἀφυπνίζοντο μὲν καὶ ἀνένηφον, ὡς τὰ μικρὰ γνωρίζειν αὐτὸ τοῦτο μικρά, καὶ μηκέτι μεγαλεῖόν τι αὐτοῖς ἐπιψηφίζεσθαι· τὸ δὲ πάλαι ποθοῦν παραμένον ἔπειθεν ἐθέλειν τὸν ἄνδρα μόνον αὐτὸν φαινόμενον τὸ πᾶν, καθὰ πρὸς ἀγαθοῦ σφίσιν ἦν, καταπράξεσθαι. οὐκοῦν ἠσπάζοντο ἐκεῖνον, ἐφίλουν πρόσωπόν τε, οὗ τὴν θέαν εὔχοντο, καὶ χεῖρας, ἐφ' αἷς ἐπεποίθεισαν, ἐπ' αὐταῖς ἐνεθουσίων· ἐξηρεύγοντο ἐπαίνους παντοδαπούς, ἀνεβόων συχνὰ δόξαν τῷ θεῷ· προσεκαλοῦντο, εἰ οἷόν τε, διαπηδῆσαι εἰς τὴν ἀντίπορθμον ταχύ· τὸ γὰρ ποδῶκες τοῦ ἀνδρός, ἐπίσημον αὐτῷ τυγχάνον πρὸς φύσεως, καὶ τοιαύτην, οἶμαι, καινοτροπίαν ἐνθυμήσεως ὑπέβαλλε τοῖς πολλοῖς. ὁ δὲ τὰ μὲν ἀντιχαρεὶς ὡς εἰκὸς καὶ μάλα, τὰ δὲ καὶ φιλενδεικτήσας ἐν οἰκείοις κενεαυχήμασιν, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ θαρρύνας τοὺς εἰς αὐτὸν ἀφεωρακότας, αἴρεται μικροῦ δεῖν ἐπὶ χειρῶν, οὐ μόνον πρὸς Ἀγγέλων, γένους τούτου βασιλικοῦ

8. ἀνέφηνον T

qui sunt in summa, infima, media statione vitae. ac mirantur, quum quae prius videbantur sibi videre, nunc vident revera, et naves illae longae iam scaphae apparent, oculorum ante tenebris nunc discussis, tentoria autem magnis separantur intervallis, areis, quibus cucumeres gignuntur, apta, exercitus concioni haud illustri similis, atque equi plerique, quales in pistrinum mitti solent. itaque expergefacti et crapula soluti agnoscebant quidem copias id quod essent, exiguas, neque iam opinione sua splendorem illis addebant; sed vetustum residens desiderium persuadebat, virum ipsum, quum appareret, solum omnia, quae saluti sibi essent, perfecturum esse. itaque salutabant illum, et deosculabantur os illud, cuius adspectum exoptaverant, et quibus confisi erant manibus, in iis exsultabant; rugiebant laudes varias, vociferabantur multa ad gloriam dei; exhortabantur, ut transsiliret, si fieri posset, fretum confestim. hominis quippe celeritas, quod habebat insigne a natura, illam, opinor, miram cupiditatem plerisque iniiciebat. atque ille vicissim gavisus, ut par est, vehementer, et ostentans nonnulla ad vanam sui gloriationem, nonnihil etiam confirmans eos, qui in se suspicerent, manibus prope gestatur, non solum ab Angelis, gente illa imperatoria splendidissima et

λαμπροῦ τε καὶ πολυδυνάμου, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ λοιπῆς εὐγενείας καὶ συγκλήτου λογάδος καὶ τῶν ἄλλων τέκνων τῆς πόλεως. καὶ εἶχε λοιπὸν αὐτὸν οὕτως ἡ μεγαλόπολις, μυρία καινοπραγήσαντα.

Ἐνταῦθα ἔστιν εἰπεῖν ὡς ὁ μὲν εἰπὼν "εὐλόγησέ σε ὁ θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου" ἀοίδιμός ἐστιν εἰς ἀγαθόν, ἐπεὶ οὐδὲ ἔξω ἐγκωμίων ἡ τοῦ δικαίου μνήμη πίπτειν οἶδε· τὸν δὲ Ἀνδρόνικον ἐξ αὐτῶν βαλβίδων εἰσόδου ἔχοι ἂν ἡ μεγαλόπολις μέμφεσθαι, ὅτι οὐκ εὐλόγησεν αὐτὴν ὁ πούς αὐτοῦ. οὐδὲ γὰρ ἵστατο ἐν εὐθύτητι, ὡς τὰ ἐφεξῆς ἅπαντα ἔδειξαν. ἅμα γὰρ ἡ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κληρονομία εἶχεν αὐτόν, καὶ αὐτίκα οἱ ἀμφ' αὐτὸν Παφλαγόνες, ἔθνος ἀτάσθαλον καὶ ἐν Ἕλλησι βάρβαρον, κελευσθὲν ἐνεπήδησε τῷ τῶν Λατίνων φύλῳ, οἳ ἀφωρισμένοι κατ' ἔθος ἀρχαῖον περὶ τὸν αἰγιαλὸν τοῦ Βυζαντίου κέρατος, τὸν τοῦ φωσφορίου ἐχόμενον, ὑπὲρ ἑξήκοντα χιλιοστύας ἐγέοντο εἰς ἀριθμόν. ἐπεκάλουν δὲ τοῖς Λατίνοις ἐκεῖνοι ὅτι πρὸς τοῦ πρωτοσεβαστοῦ καὶ τῆς δεσποίνης Ξένης ἦσαν καὶ δι' ἐκείνους ἐβούλευον κατὰ Ῥωμαίων κακά. καὶ ἦν ἀληθῶς οὕτως ἔχον τὸ πρᾶγμα· διεκπεσόντες γὰρ καὶ ἡ δέσποινα καὶ ὁ πρωτοσεβαστὸς τοῦ ὑπὸ Ῥωμαίων στέργεσθαι ἀπέβλεψαν εἰς τοὺς Λατίνους, καὶ δώροις ἐπάραντες καὶ μάλιστα ὑποσχέσεσι τοῦ τὴν πόλιν τε προνομεῦσαι καὶ ὑπὸ δουλείαν αὐτοῖς τοὺς Ῥωμαίους θέσθαι,

potentissima, sed etiam a nobilitate et delectis senatus ceterisque urbis civibus. tali igitur modo urbs Andronicum illum habebat, qui innumerabilia peccaverat.

Hic iam dicere licet, qui dixit, "beavit te deus per pedem meum," eum merito gloriosum esse, quoniam laudibus carere nequit iusti memoria; Andronicum autem ex ipsis introitus quasi carceribus urbs reprehendere possit, quod non beaverit ipsam pes eius. neque enim in iustitia consistebat, id quod omnia, quae deinceps secuta sunt, declararunt. simulatque enim magni Constantini illi hereditas obvenit, illico qui eum stipabant Paphlagones, gens impia et in Graecis barbara, iussu eius Latinorum invaserunt gentem, qui more prisco in litore sinus Cpolitani, quod cum phosphorio cohaeret, separati numerum plus sexaginta milium conficiebant. exprobrabant autem Latinis, favere eos protosebasto et imperatrici Xenae, horumque causa insidiari Romanis. ac revera res ita habebat. etenim quum excidissent amore Romanorum imperatrix et protosebastus, in Latinos oculos converterunt, donisque invitatos et promissa maxime urbis depraedatione et servitute civium commoverant illos, ut ad bellum

ἀνέπεισαν ἤδη καὶ πρὸς μάχην ἐξαρτύεσθαι, εἰ μὴ ταχὺ ὁ Ἀνδρόνικος ἐπεραιώσατο· οἵ γε καὶ τοῦ ὡς ἐρρέθη ἱεροῦ πολέμου συνεφάψασθαι τότε προσελήφθησαν μέν, ἤργησαν δὲ διὰ τὸ ταχὺ ἐκεῖνον λυθῆναι. ἐπεκλᾶτο μὲν οὖν τοῖς Λατίνοις αὕτη αἰτίασις οὐ ψευδής, οὐδ' εἶχον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἔχοιεν ἄν, ὡς ἦσαν ἄμεμπτοι· ἔμελλον δὲ οἴμοι κακῷ μεγάλῳ μέγα κακὸν ἐκθεραπεῦσαι οἱ Παφλαγόνες, οἷς ἀλογίστως ἐθρασύναντο. εἰσελθόντες γὰρ τὴν μεγαλόπολιν καὶ πλαγιάσαντες ἐπὶ τοὺς Λατίνους (εἰκὸς δὲ πάντως καὶ ἄλλους τῶν τοιαῦτα νεωτερίζεσθαι φιλούντων συναίρεσθαι αὐτοῖς) ἐπέρχονται τοῖς Λατίνοις οὐκ ἂν ἐλπίζουσι, καὶ διατίθενται τὰ ἐλεεινότατα, καὶ σπέρματα ἐκεῖνα προκαταβάλλονται ἀφ' ὧν ἡμεῖς καὶ πολλοὶ ἕτεροι σὺν ἡμῖν τεθερίκαμεν λειμῶνος Περσεφόνης, οὕτω φάναι, δράγματα· ἐκεῖθεν γὰρ ἡμῖν καθήκει τὰ παρόντα κακά.

Καὶ ἀφηγεῖσθαι μὲν τὰ τότε δεινά, ὅσα εἶδον οἱ Λατῖνοι, τὸ πῦρ ὃ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπενείματο δίχα γε τῶν ἀφαρπαγέντων, τοὺς κατὰ θάλατταν ἐμπρησμοὺς ἐκ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις ὀμβρημένου πυρὸς τοῖς ἐπὶ πλοίων φεύγειν ὁρμήσασι, τὰ κατ' αἰγιαλούς, τὰ περὶ τὰς ἀμφόδους, ἔργον ἂν εἴη πολύ, καὶ ὡς οὐ μόνον τῶν ἀνθοπλιτῶν Λατίνων κατεφέροντο οἱ τοῦ Ἀνδρονίκου, ἀλλὰ καὶ ὅσοις περιεποιεῖτο ἔλεον τὸ ἀπάλαμνον· καὶ γυναῖκες γὰρ αὐτῶν ἐρριπτοῦντο ξίφεσι καὶ βρέφη. καὶ τοῦτο μὲν δεινόν, οὐχ οὕτω δὲ ὡς ὅτε καὶ

iam se accingerent, nisi confestim Andronicus traiecisset. iidem, ut bello sacro, de quo diximus, interessent, invitati fuerant, sed prohibiti, quoniam celerem id bellum finem habuit. exprobrabatur igitur illud non falsum crimen Latinis, nec poterant hi, nec vero hodie, affirmare, insontes se esse. sed, eheu, curaturi erant malo magno magnum malum Paphlagones, siquidem temere animum expleverunt. namque urbem ingressi et ad Latinos conversi (consentaneum autem omnino est, etiam alios rerum novarum cupidos adiunxisse se illis), adoriuntur eam gentem minime ista exspectantem, et pessime tractant, et semina illa serunt, unde nos et multi nobiscum alii mergites, ut ita dicam, prati Proserpinae messuimus. inde enim praesentia ad nos mala redundarunt.

Enarrare autem cunctas miserias, quas Latini tum experti sunt, ignem, quo bona eorum delebantur praeter ea, quae praedae erant, incendia maritima, quibus Romani coniecto igne insectabantur fugientes in navigiis, reliqua mala, quae vel in litore vel in plateis fiebant, longum est. nec armatos solum Latinos asseclae Andronici invadebant, sed etiam eos, quorum inopia videatur misericordiam ex-

γαστέρων ἀναρρηγνυμένων μητρικῶν ἐμαιοῦτο σίδηρος τὰ ἔμβρυα, καὶ πρὸ ὥρας βλέποντος ἡλίου τὸ μικρὸν ὁ τοῦ ᾅδου σκότος μετεξεδέχετο αὐτό, τεθνηκὸς πρὶν ἢ καὶ ζῆσαι τὸ τέλειον. θηριῶδες τοῦτο καὶ ἀσύγκριτον μανίαις ἑτέραις. ἔπεσε τότε καὶ ἀνὴρ ἱερὸς ἐν Λατίνοις, οὐκ οἶδ' εἴτε ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας ἥκων Ῥώμης κατὰ πρεσβείαν, εἴτε Σικελίαθεν, πάντως δὲ ἢ Ῥωμαῖος ὢν ἢ Σικελός. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἔπεσεν, ἀλλὰ μετὰ τῆς παρ' ἐκείνῳ ἱερᾶς ὅλης περιβολῆς, ἣν ὅπλων πρόβλημα περιέθετο, εἴ πως αὐτὸν αἰδέσονται οἱ κακοί. καὶ γέγονε καὶ ταῦτα ἡμῖν προκεντήματα ὧν ἐπάθομεν· ἡμῖν γὰρ οὐδὲ οἱ ναοὶ τοῦ θεοῦ ἄσυλοι. οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτοὶ ἄχραντοι ἔμειναν, ὅτε νεκροὶ μὲν ἐστρώννυον αὐτοῖς τὰς κρηπῖδας παντοδαποί, ἐν οἷς καὶ ἱερὰ πρόσωπα, αἵματι δ' ἐρράδατο τοῖχοι καλαί τε μεσόδμαι, παρ' ὅσοις αἱ ἱεραὶ στέγαι ταπειναὶ ᾕροντο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον· τότε δὲ τηλίκον
276 ἦν τὸ κακὸν τοῖς Λατίνοις ὡς ἐκβοήσαντας κατὰ τοῦ Ἀνδρονίκου δοκεῖν δικαιωθῆναι καθ' ἡμῶν, καὶ ἀκουστὰς θεῷ γενέσθαι τὰς αἰτήσεις αὐτῶν.

Καὶ οὕτω μέν, ὡς ἔφθη στενολεσχήσας ὁ λόγος, κατέδυ πόλιν ἐκείνην εὐρυάγυιαν ὁ Ἀνδρόνικος. καὶ ἦν σκοπὸς αὐτῷ τοῦ λοιποῦ τῶν ἐφεξῆς πράξεων καὶ ἀληθῶς προύργου στερεῶσαι μὲν πρὸς μικρὸν τὴν βασιλείαν ἐμπορικῶς τῷ μικρῷ

21. προύργῳ T

citatura fuisse. mulieres enim et infantes gladiis perimebantur: horrida sane res, nec tamen tam horrida, quam quum uteris matrum proscissis ferro fetus protrahebantur, et infans, antequam lucem solis adspexisset, tenebris orci obruebatur, mortuus, priusquam recte vixisset. est hoc bestiarum more immane nec cum ceteris facinoribus comparandum. cecidit tum etiam homo Latinus sacerdos, qui veneritne a metropoli Roma legatus, an ex Sicilia, nescio, sed certe aut Romanus aut Siculus erat. nec simpliciter ille cecidit, sed cum omni suo sacro ornatu, quem pro munimento induerat adversus tela, num forte veneraturi se essent hostes. ac fuit ea quoque imago eorum, quae ipsi passi sumus. nam nec nobis templa dei intacta sunt. etenim ne ea quidem incruenta manserunt, quando cadaveribus pavimenta obtecta sunt variis, in quibus viri etiam clerici erant, et sanguine adspersi muri trabesque pulcrae quibus sacra tecta sublimia gestabantur. sed haec quidem post facta sunt. tunc autem tanta erat Latinorum calamitas, ut Andronicum detestati clamarent, poenas nos daturos et deum auditurum esse preces suas.

Andronicus ita igitur, ut supra paucis memoratum est, intravit urbem amplissimam. spectare autem coeperat ea, quae deinde consecuta sunt, gradiebaturque ad ea ita, ut stabiliret nonnihil frau-

Ἀλεξίῳ, κατασεῖσαι δὲ τῆς κραταιότητος τὴν [τε] μητέρα, ἐπεὶ τὸν ἱστορούμενον πρωτοσεβαστὸν ἀποσκευάσοιτο, πρωτόλειον ἐκεῖνον Ἐριννύσιν ἐκδούς· καὶ κατέμενεν οὕτω προκεντῆσαι τὰς τῶν πρακτέων ἀρχάς. καὶ ὡσιώσατο μὲν ἐνταῦθα καὶ ὅρκους, καὶ αὐτοὺς οἵους καὶ ὅσους, ὧν εἷς καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ μεγάλου πανσεβάστου βήματος τεθεμελιωμένος εἰς κρηπῖδα, ἣν οὐκ ἔστι κατασεῖσαι Χριστιανοῖς· εἰς αὐτὸ γὰρ ἦν συμπεπηγὼς τὸ αἷμα καὶ τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, τὰ πᾶσι φρικτὰ καὶ πάντιμα. ἐδίδου δὲ ὑπονοεῖν ἀσφάλειαν πίστεως βασιλικῆς καὶ τὸ τῆς ταπεινότητος ψευδεπίγραφον· πεδοῖ γὰρ ἑαυτὸν ῥίψας ὁ Ἀνδρόνικος καὶ ἁπαλὸν βασιλικὸν πόδα χειρὶ ἄρας ἠρέμα τῷ σκληρῷ τραχήλῳ ἐπέθετο, φαντάζων ὡς οὕτως ὑπὸ πόδα τῷ βασιλεῖ ἀεὶ πατήσεται. καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐλαφρίσας ἐπεκάθισεν ὤμῳ σφετέρῳ, πρὸς σύμβολον καὶ τοῦτο τοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτὸν ἔχειν καθάπερ ὅσιον.

Ἦσαν ταῦτα. καὶ οἱ μὲν ἀγχινούστεροι καὶ οἷοι ἔχειν τὸ ἀληθῶς εὐεπήβολον ὤκνουν πρὸς τῷ ἀνδρὶ εἶναι, οὐ πάνυ πολλοὶ ἐκεῖνοι, εὖ ὅτι μάλιστα εἰδότες οἷος πέπλαστο· οἱ δὲ πλείους παρήγοντο τοῦ ἀληθοῦς, καὶ ἠνθισμένας τὰς ἐκείνου τρίβους ὁρῶντες τοὺς βοθύνους οὐχ ὑπεβλέποντο, ἀγαθοὶ καὶ οὗτοί γε ὄντες Χριστιανοί, καὶ λογισμῷ διοικούμενοι ὡς οὐκ ἄρα τοιούτους ὅρκους συγχέαι κατατολμήσει ἄνθρωπος γένους

dulenter imperium Alexii pueri, deiiceret de rerum fastigio matrem, exuto, quem commemoravimus, et primitiarum loco furiis dicato protosebasto. ac perseveravit in delineandis ita agendi principiis. iuravit quin etiam iuraiuranda, et qualia illa quantaque! e quibus unum in magno gradu venerabili tanquam fundamentum iactum est, quod concutere non licet Christianis. in eo enim abdita erant corpus et sanguis Christi salvatoris, cunctis horrenda et venerabilia. ac faciebat, ut sperares firmam imperatori fidem, ementiebaturque humilitatis signa. etenim humi prostratus tenerum pedem imperatoris leni manu sublatum asperae cervici suae imposuit, simulans ita se semper sub pedibus imperatoris fore. quid, quod sublevatum in humero sibi collocavit imperatorem, quod et ipsum documento esset, induxisse se in animum, quod fas esset.

Quae quum ita fierent, prudentiores et ii, qui haberent veram divinandi facultatem, dubitabant, non admodum multi illi, homini isti se adiungere, optime gnari, ex quo ille luto factus esset. plerique autem a vero aberrabant, et vias floridas dum vident, non suspicabantur fossas latentes, boni illi et ipsi Christiani, qui ita secum ra-

εὖ ἔχων, καὶ ὁρῶν τὰ τοῦ θεοῦ ἄλλως ἐπιρρεπῶς ἔχοντα πρὸς αὐτόν, καὶ πεπιστωμένος χρῆναι βασιλεῦσιν εἴκειν, οἷς ἡ φύσις ἁλυσιδώσασα τὴν βασιλείαν ἡρμόσατο καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς μήρυγμα εὖ συνεκλώσατο.

Καὶ οὕτω μὲν οἱ ξύμπαντες· ὁ δὲ τὰ πρῶτα κολακείαν σκευωρήσας ὡς ὑπαγαγέσθαι τὸ πολιτικόν, καὶ ἀνύσας ὃ προὔθετο, εἶτα καὶ ἀκκίζεσθαι προεβάλετο, οἷα ἐν τῷ προρρέειν ἐπὶ ἀγαθῷ τῆς πόλεως ἐπιτυγχάνων καταρράκταις, οἵπερ αὐτῷ ἀναχαιτίζουσι τὸ ῥεῦμα ὡς εἰς ἀνάρρουν τινά. διὸ καὶ ἀναχωρεῖν ἐθέλειν εἰς τὴν τῶν Παφλαγόνων αὖθις ἐσκήπτετο. τὰ δ' ἦν κότος κατὰ τῶν καὶ εὐγενῶν καὶ ἰσχυρῶν εἰς τὸ πᾶν, οὓς μελετῶν κενὰ ὑπώπτευεν ἐναντιωσομένους αὐτῷ. ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς κορυφαῖον μέρος οἱ ὡς ἐρρέθη ἐπὶ γῆς ἄγγελοι, φῦλον ἐκεῖνο καὶ γένους ἔχον τὸ ὑπερέχον καὶ ἀνδρίας εὖ ἧκον καὶ πίστεως βασιλικῆς καὶ συνέσεως, καὶ ὁ μέγας δοὺξ ὁ Κοντοστέφανος, ἀνὴρ δραστικὸς καὶ φρενῶν γέμων, καὶ ἕτεροι μυρίοι ὅσοι. ἐλάνθανε δὲ ταῦτα τὸν ὄχλον, καὶ οὐκ ᾔδεσαν ὅτι κατὰ τοιούτων ἀνδρῶν μέμηνε. διὸ καὶ ἀξιοῦντα μεταπλέειν καὶ ὑποχωρεῖν ὅθεν ἦλθε, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν σπουδαῖον πράττειν τῇ ἐκ τῶν πολλῶν κωλύμῃ, ἐπεῖχον ἐγκείμενοι, προσκλαίοντες, ποτνιώμενοι, γουναζόμενοι πρὸς θεοῦ καὶ ψυχῆς καὶ τῶν φιλτάτων, καὶ ἐνδιδόντες ἐξεῖναι αὐτῷ κατὰ πάντων κρατεῖν, εἰς ὅπερ ἂν αἱροῖτο· μὴ γὰρ

tiocinarentur, talia sacramenta non ausurum violare honesti generis hominem, qui consilia divina omnino sibi favere videret et iureiurando sanxisset, imperatoribus obediendum esse, ad quos ex naturae et generis ordine imperium et filum regni pertineret.

Ità igitur civitas affecta erat. ille autem, adulatione prius usus, ut conciliaret sibi civitatem, et consecutus, quod sibi proposuerat, detrectare iam operam, coeperat, tanquam incideret scilicet, dum praenatat saluti rei publicae, in cataractas, quae in vorticem subverterent flumen. quare redire se in Paphlagoniam velle simulabat. nec deerat vehemens adversus nobiles et potentes odium, quos, dum vana molitur, adversaturos sibi suspicabatur. in quibus pars primaria erant angeli, ut dictum est, terrestres, gens et genere prae ceteris nobilis et virtute, fide erga imperatorem et prudentia insignis, et magnus dux Contostephanus, vir strenuus et intelligens, atque alii innumerabiles. latebat autem hoc multitudinem, nec noverant, talibus illum viris succensere. quare quum discessurum se et unde venisset rediturum esse iactaret, quod nihil posset strenue agere propter ea, quae plerique sibi crearent, impedimenta, plebs instare, precari, obsecrare, ob-

ἂν φασι διὰ τούσδε ἢ ἐκείνους τὸ πᾶν ἐξολέσθαι. ἀφίησιν οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀνδρόνικος τὴν θρύψιν ἐκείνην, καὶ βαθμίδα ταύτην πρώτην ὑπαναβὰς τοῦ μέγιστα δύνασθαι διὰ τὴν δημοτικὴν ἰσχύν, οὕτω προσκολλωμένην αὐτῷ καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὀλίγον εἰς μυρίον ἐπαύξουσαν, βαθύνει σκέμμα λαβυρινθῶδες. καὶ τέως τρέπεται κατὰ τοῦ ἀρχιερέως, οὐ δεσμοῦ μόνον ἀλλὰ καὶ τοῦ μὴ εἶναι ὅλως ἀξιῶν ἐκεῖνον ὡς ἑαυτῷ δύσχρηστον, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ ᾔσθετο προορώμενον ἃ πράξει οὗτος εἰς τὸν βασιλέα κακά. ᾔσθετο δὲ τρόποις πολλοῖς, ὧν εἷς καὶ οὗτος διακεκήρυκται.

Ὠνείδισέ ποτε ὁ Ἀνδρόνικος τὸν ἐν ἁγίοις γέροντα, ὅτι βασιλεωπάτορα τόπον ἐπέχων οἷς ἐπιτροπεύει τοῦ βασιλεύοντος, οὐ συχνὰ παραβάλλει ἐπισκέπτεσθαι τὸν εἰς υἱὸν τεθειμένον, τοιοῦτον ὄντα. ὁ δ' ὑπειπὼν ἀρκεῖν εἰ διαλείπων βραχέα ἥκει πρὸς ἐπίσκεψιν τοῦ παιδὸς ἄνθρωπος τοσούτοις μεριζόμενος πράγμασι, καὶ οὕτως ἠπίως τῷ τοῦ Ἀνδρονίκου προσενεχθεὶς ὀνειδισμῷ, εἶτα καὶ καυτῆρα δριμὺν ἐπήγαγε, προσεπειπὼν ὡς ἄλλως τε καὶ ἐξεφρόντισα ἤδη τὸν βασιλέα ἐνδεδημηκότα σε ἐξευρών. εἶπεν ὁ γέρων, καὶ Ἀνδρόνικος (ἦν γὰρ ὀξύς, ὥσπερ στρεβλὰ εἰπεῖν, οὕτω καὶ ὑπονοῆσαι τὰ μὴ βαθέως ἑλικτά) πυνθάνεται τοῦ σοφοῦ γέροντος πῶς ποτὲ ἂν εἴποι δι' αὐτὸν ἐκπεφροντικέναι τὸν βασιλέα. καὶ ὁ μέ-

testari per deos et animam et amicissimum quidque, atque permittere, ut de omnibus illi potestas esset, quam vellet: nunquam enim, inquiunt, fiat, ut per hos vel illos cuncta pereant. abiicit ad haec Andronicus mollitiem illam, et gradum hunc primum ad summum imperium opera plebis ingressus, ita sibi adhaerentis et opes suas exiguas ingentem in modum augentis, latius struit consilii fallacias. itaque iam operam dat archiepiscopo, quod speraret illum haud plane sibi inutilem fore, et maxime, quod eum sentiret suspicari, quae adversus imperatorem moliretur mala. sentiebat id autem modis variis, e quibus unus hic vulgo notus est.

Exprobravit quondam seni venerabili Andronicus, quod quum patris locum teneret utpote tutor imperatoris, haud crebro viseret pro filio sibi commendatum tam parvum puerum. cui quum respondisset ille, satis esse, si intervallis non nimiis videret puerum vir tantis negotiis distractus, et ita comiter reiecisset exprobrationem Andronici, mox tamen aculeum addidit acutum, subiiciens, praesertim quum de imperatore nihil mihi dubium sit, ex quo te reducem urbs habet. his auditis, Andronicus (acer enim erat ut ad loquendum oblique, ita ad intelligenda non nimis occulte dicta) interrogat sapientem senem,

γας θατέρῳ σκέλει τοῦ σημαινομένου τῆς ἐκφροντίσεως ἐνερεισάμενος, φάναι εἶπε τὸν λόγον, καθότι σοῦ εἰς ἀστραβῆ κίονα ὑποστήσαντος ἑαυτόν, βαστάζειν τὰ ὑπὲρ τοῦ παιδός, αὐτὸς ἀπεφορτισάμην τὸ πολὺ τοῦ φροντίζειν, ἀναθέμενος ὡς ἰσχυρῷ σοι αὐτῷ τὰ βαρήματα. ἡσυχάζει ἐνταῦθα ὁ Ἀνδρόνικος, καὶ τὸν θυμὸν ὑπενδακὼν καὶ τοῦτο μόνον ἀκροβολισάμενος δίχα ῥοίζου λιγέος κατὰ τοῦ γέροντος, ὡς ἄρα βαθὺς Ἀρμένιος. καὶ παραμίξας τῇ βαρύτητι καὶ σαρκασμὸν τὸν ἄχρι καὶ μειδιάματος, ἀρχὴν ἐκεῖθεν ἔθετο τρανέστερον μελετᾶν. καὶ εἰς τοσοῦτον ἐξίκετο δραστηριότητος
277 ὡς μετὰ μικρὸν ἐπαναστῆσαι καὶ ἐπιστῆσαι τοὺς χύδην πικροὺς ἕως καὶ εἰς ἐσχάτην θρασύτητα, ὡς καὶ διαχρησθῆναι κίνδυνον γενέσθαι τὸν ἀρχιερέα μετὰ πολλὰς ὕβρεις, ὁποίας καὶ Ἰουδαῖοι ἐτοξάσαντο ἂν κατὰ θεοῦ. καὶ εἰ μὴ τεχνησάμενος ὁ γέρων ἑαυτῷ τὰ σωτήρια ἐκ μέσων κρυβεὶς ἀπεσύρη, ἀποδυσάμενος, ὡς ἐχρῆν, τὸ ἄρχειν, ἔπαθεν ἂν ὅπερ οὐκ ἦν αὐτῷ ἐθέλοντι.

Accidit inter illa hoc quoque. vidimus post rerum nostrarum cladem gravissimam hominem formosum, pallio pullo indutum, habitu prorsus Latino, nisi quod barbam promissam haberet, vultu quasi apostolico, sed ingenio, ut dicebatur, pravissimo. fama eundem egregium equitem ferebat, id quod et generosus equus, qui illum gestabat, et decursus, quibus se iactabat equitando, probare videbantur; ac promittebat e zona eius suspensus ensis pugnatorem. ita ille monachum, cuius speciem induerat, ementiebatur. Alexii nomen ferebat, Sicuntenum se Philadelphenum cognominans, atque alio aliis nomine notus et appellatus. is igitur homo, quisquis est, prae ceteris pravo studio ignem belli, quo correpti sumus, ad flammam excitavit. iacebat enim lacrimandus imperator Alexius quemadmodum Andronicus decreverat; sed monachus ille, profectus, haud satis scio unde, ad gentes supra mare Adriaticum habitantes, puerum aliquem ostendebat, qui specie et aetate similis esse videretur imperatori Alexio. fuisse autem fertur pusio agrestis quidam e Bagentia oriundus. ipse autem, vitiis nostris istam edoctus fraudem, servili plane modo ignobili illi puero adstabat, pedes eius lavabat et reliqua omnia officia tanquam imperatori praestabat, facile defungens nequi-

ὡς ἐπὶ βασιλεῖ, ῥᾳδιουργῶν κατὰ πονηρίαν, καὶ ἀναδιδάξας ἐκεῖνον βασιλέα ἑαυτὸν ἐπιλέγειν, καὶ θαρρύνας καὶ ἐγκελεύεσθαι τούτῳ ὅσα καὶ δούλῳ καὶ ἀπειλεῖσθαι δριμύτερον. καὶ βασιλικὴν αὐτῷ σκηνὴν οὕτω πηξάμενος περιέφερεν ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος, καὶ μάλιστα εἰς ὅσα κακῶς διέθετο ὁ Ἀνδρόνικος. καὶ συνέκλαιε τραγικώτερον, καὶ σκηνοβατῶν ἀδικίαν μεγάλην ὡς ἐπὶ βασιλικῷ τούτῳ παιδὶ ὀφειλομένῳ πιστὴν φιλίαν ὑπὸ Χριστιανῶν ἀγαθῶν προσεκαλεῖτο εἰς ἄμυναν, ὑποδεικνὺς κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ σημεῖα τριχῶν ξανθότητα, ὀδόντος λεῖψιν, ὁποίαν τινὰ καὶ ὁ ἀληθὴς Ἀλέξιος ἐκεῖνος δυσπραγεῖν εἰλήχει, βλέμματος ἐμβρίθειαν ὡσεὶ καὶ βασιλικοῦ, πλάσιν σώματος εὐπαγῆ, καθ' ἣν μάλιστα τὸ ἀγροτικὸν εὐδοκίμως ἔχει, καὶ ἄλλα τινά. καὶ οἱ δυσωπούμενοι διετίθεντο πρὸς πένθος καὶ ἠλέουν, οἷα μὴ ἐξακριβοῦν ἔχοντες οἷς ἐπεπρόσθει τῇ διακρίσει τῶν σημείων τοῖς ἔθνεσιν ἡ κατὰ τοῦ Ἀνδρονίκου μῆνις. ὅθεν καὶ ἀπανούργως πειθόμενοι τὸν παῖδα βλέπειν Ἀλέξιον, ὃ καὶ ὁ ἐξ ἀγροιωτῶν οὗτος παῖς ἐτέθη καλεῖσθαι, κατέκυπτον εἰς προσκύνησιν, ἠσπάζοντο, μετέωρον ἦγον, δώροις ἐδεξιοῦντο πολλοῖς· ἃ δὴ κατέσπα ὁ μοναχός, ἀπεκβαίνων βαρύπλουτος οἷς ἐμπορικῶς τὸν παῖδα καπηλεύων ἐχρηματίζετο. καὶ ἡ μὲν ἀλήθεια οὕτω λαθοῦσα ἐνδόμυχος ἦν, τὸ δὲ ψεῦδος ἐκνικῆσαν ἐξεθύμωσε τὰ ἔθνη πρὸς ἄμυναν· οἳ

tiis suis, quum et praecepisset ei, ut imperatorem se appellaret, et suasisset, ut imperaret ipsi et minaretur tanquam servo vehementius. itaque constructo tabernaculo imperatorio, ad omnes eum gentes circumducebat, eas maxime, quibuscum dissidebat Andronicus. lamentabatur tragico modo, et tanquam de pulpito iniuriam imperatorii istius pueri ingentem declamans, fidem opemque bonorum Christianorum ad defensionem eius implorabat, ostendens, quo rem probabilem et manifestam faceret, flavum colorem capillorum, unius dentis defectum, quo forte etiam verus ille Alexius laboraverat, vultus acumen quasi regium, conformationem corporis firmam, qua nimirum praecipue excellit genus hominum rusticum, et alia quaedam. plerique flebili oratione ad luctum et misericordiam movebantur, quippe qui rem discernere non possent, propterea quod a cognoscendis indiciis odio Andronici prohibebantur. quare sine fraude videre se puerum Alexium rati, quo sane nomine puer ille rusticus appellari solebat, adorabant eum, salutabant, humeris sublimem gestabant, muneribus ornabant studiose. quae quidem munera monachus ille hauriebat, praedives evadens isto, quo puerum mercatorum modo quasi venditabat, artificio. ac veritas quidem ita occultata latebat, evincensque mendacium ad opem ferendam excitabat, quotquot olim sacra-

φθάσαντες ἐνέδησαν αὐτοὺς ὅρκοις εἰς πίστιν τῷ τε Μανουὴλ καὶ τῷ διαδεξαμένῳ αὐτὸν υἱῷ Ἀλεξίῳ. ἤχθη δὲ καὶ πρὸς τὸν ῥῆγα Σικελίας ὁ τοιοῦτος πλαστὸς βασιλεύς. καὶ ὁ μὲν Κομνηνὸς Ἀλέξιος, ὁ τὸν Σικελὸν ἐρεθίσας, ἤλεγχε τὸν ἀγροιώτην τοῦτον παῖδα, ναὶ δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐβεβαιοῦντο εὖ ὅτι μάλα καὶ ἀπηκριβωμένως ἐπίστασθαι αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι τὸν παῖδα τοῦ Μανουήλ, ὑπὲρ οὗ καὶ ἀποθανεῖσθαι αὐτούς. τέλος δὲ ὁ μὲν Σικελός, εἰ καὶ ἐπέγνω, φασί, τὸ ἀληθές, ὅμως πεισμονὴν ἰδίαν ἔχων καὶ τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως ἐφιέμενος, οἱ δὲ ἐθνικοὶ Ἀλεξίου βασιλέως εἴδωλον πρὸ τῆς φαντασίας φέροντες (τὸν γὰρ δηλωθέντα παῖδα ἡ Σικελία ἔχει ἀπελεγχθέντα θρέμμα εἶναι ἀγροῦ) καὶ ἐγκαταστῆσαι τὴν φαντασίαν εἰς βασιλέα τοῖς μεγαλοπολίταις φρυαττόμενοι, κινοῦνται καθ' ἡμῶν θάρσει πολλῷ, καὶ ταῦτα κωλύμης οὔτι μάλα μὴ σταθερᾶς, ὡς ἐξῆν, ἀναφαινομένης ἐκ τῶν κρειττόνων συμβούλων, τοῦ τε ἱεράρχου φασὶ τοῦ κατὰ Σικελίαν Πανόρμου καὶ τοῦ τῆς ἐκεῖσε Μεσσήνης, καὶ ἑτέρων, ὅσοι τὸ δέον συνεώρων, ἀγχινοίας τε στάθμῃ ἀπορθοῦντες ἑαυτοὺς εἰς πρόορασιν τοῦ μὴ ἂν ἐξεῖναι τὸν Σικελὸν κόμητα εἰς κοσμικὸν ἐγγραφήσεσθαι βασιλέα, ὅς ποτε τῇ Κωνσταντινουπόλει δοὺξ ὑπέκειτο, καὶ τὸ μηδὲ εὖ ἔχειν λόγου τὴν τῆς μάχης πρόφασιν. τί γάρ, εἴπερ ὁ τὴν Κωνσταντινούπολιν διέπων ἐξαμαρτάνοι φονεύων

15. μὴ] δὴ?

mentis se ad fidem obstrinxerant Manueli et heredi eius Alexio. ductus igitur est etiam ad regem Siculorum subditicius ille imperator. ac redarguebant quidem Alexius Comnenus, qui Siculum irritaverat, et ii, qui eum sequebantur, puerum istum agrestem; sed qui e gentibus erant, perbene et certo nosse se affirmabant, filium illum Manuelis esse, pro quo etiam mortem oppetituri essent. postremo Siculus, etiamsi perspexerat, ut ferunt, verum, tamen suam sibi propriam fidem habens, et solii Cpolitani cupiditate incensus, provinciales autem imperatoris Alexii quasi spectrum animo secuti (puerum enim, de quo diximus, Sicilia tenet originis rusticae convictum) spectrumque id civitati Cpolitanae pro imperatore obtrudere gestientes, bellum adversus nos magna alacritate movent, et quidem minime ita acriter, ut licebat, rem impedientibus primariis auctoribus, pontifice Romano et praesule Panormitarum, Messaniorum, aliis, qui verum viderent, atque mente ad normam rationis directa intelligerent, comitem Siculum, qui quondam dux fuisset Cpoli subiectus, non debere ad imperium promoveri universum, ac ne iustam quidem esse, quae praetenderetur, causam belli. quid enim? si is, qui Cpolim admini-

ἢ τυραννῶν, δίκας ἂν διδοίη τῷ παρεγγράπτῳ ῥηγὶ τῷ ἐν Σικελοῖς; εἰ μὴ ἄρα πᾶσα βασιλεία, πταίουσά τι κατὰ βίον, εὐθύνεσθαι κινδυνευτέα πρὸς τοῦ ὠρεγμένου, ὡς εἰ καὶ ἐπαιδαγωγεῖτο ἢ ἐδεσπόζετο.

Καὶ ὅμως τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου ἀπισχυρισαμένου τὴν Κωνσταντινούπολιν παραδοῦναι ῥᾷον τῷ ῥηγὶ Σικελίας, ὡς εἰ καὶ ἐν χερσὶν αὐτὴν ἔσφιγγεν ὁ ἀπάλαμνος, γίνεται κίνησις πολυεθνὴς ἐπιλεγομένη τῷ Σικελῷ καὶ αὐτὸν προγράφουσα κεφαλαιωτήν, καὶ ἐκκενοῦνται θησαυροὶ τῷ μηδὲ μεγάλας οὕτω τι τὰς προσόδους ἔχοντι. καὶ τῇ μὲν θαλάσσῃ ἐπίστευσε νῆας μακρὰς ἑτεροίας τε καὶ ἱππαγωγοὺς ὑπὲρ τὰς διακοσίας, τῆς δὲ γῆς κατεκρόαινεν ἱππικὸν ἐπίλεκτον, οὐ μόνον
283 ἐξ ὧν συνεκροτεῖτο αὐτός, ἀλλὰ καὶ ἄλλο παντοδαπὸν συμμαχικόν. καὶ λέγεται ὡς ἑκατόν ποθεν λόγου χάριν ἐπιρρεόντων εἰς συμμαχίαν, καὶ αὖ ἑτέρωθεν πλειόνων ἢ καὶ τοσούτων ἢ καὶ εἰς ἔλαττον ὑποβιβαζομένων, βραχεῖς τινὰς ἐκεῖθεν ἀποκρίνων τοὺς λοιποὺς ἐξηθέριζε. καὶ ἦσαν οὕτως αὐτῷ οἱ ἱππόται οἷοι ἀλαζονεύεσθαι κατὰ τὴν ἐν αὐτοῖς φύσιν τριηκοσίων ἀνδρῶν ἕκαστος ἄντα κατὰ πόλεμον στήσεσθαι, οὐδὲν ἀπεοικότες οὐδ' αὐτοὶ τοῦ Κομνηνοῦ, ὃς μόνος ἐδόξαζε τὴν τοσαύτην βασιλείαν ταχὺ καταλήψεσθαι, βραχὺ κατ' αὐτῆς παρακαλπάσας τὸν ἵππον, καὶ κατακτήσεσθαι αὐτὴν χειρισάμενος ὡσεὶ καὶ στρουθοῦ φωλεόν, λόγῳ μὲν τῷ

19. ἄν τα T

strat, caede vel violentia peccaverit, poenasne dabit fraude provecto regi Siculo? scilicet, nisi forte omne imperium, si iacturam fecerit morte regis, suscipiendum est cuicunque placuerit, quasi paedagogo et domino egeat.

Sed tamen Alexio Comneno adseverante, facile se Cpolim traditurum regi Siculorum, quasi manibus eam torqueret nequam iste, ingentes ex variis gentibus copiae Siculo parantur, quem sibi summum ducem adoptant, exhauriturque aerarium eius, quod reditus non ita magnos habebat. ac mari quidem naves longas tum alias tum equis repletas commisit plus ducentas, terram autem terebat equitatu praestabili, non solum ab ipso conscripto, sed etiam alieno auxiliari vario. ferunt autem, quum centum, ut hoc utar, alicunde advenissent auxilium laturi, aut aliunde plures vel totidem vel denique pauciores, admodum paucos ex iis delectos, ceteros reiectos esse. erantque tam generosi equites, ut gloriarentur, pro virtute sua se singulos adversus trecentos bello dimicaturos esse, nihil illi dissimiles Comneni, qui sibi videbatur tantum solus imperium, aliquantisper equo ad urbem advectus, expugnaturus esse et tanquam passeris latibulum in pote-

Σικελῷ, ὃν καὶ γνησίως αὐθέντην ἐπεγράφετο, ψυχῇ δὲ ἑαυτῷ. ἰνδάλλετο γὰρ (οὐκ οἴδαμεν ὅπως), καθὰ καὶ προεξεθέμεθα, ἅμα τε ἐκφαίνεσθαί που, καὶ πάντας εὐθὺς τοὺς Ῥωμαίων ὀφθαλμοὺς εἰς αὐτὸν ὡς ἥλιον ἐπιστρέφεσθαι καὶ αὐτοῦ μόνου γίνεσθαι.

Ἐξεῖρψεν οὖν ἡ Λατίνη γῆ πλῆθος οὕτω πολὺ στρατιᾶς, ἀφ' ἱκανοῦ ἡμᾶς ἐκφοβοῦν. καὶ γίνονται πάντες τῆς Ἰλλυριῶν ἠπειρώτιδος, ᾗ τερματίζει τὰ Ῥωμαίων εἰς τὸν Ἀδρίαν κόλπον· καὶ περισχόντες τὴν τῶν ἐκεῖσε μητρόπολιν, τὸ Δυρράχιον, ἀπονητὶ ἀποχειροῦνται καὶ ὡς εἰπεῖν αὐτοβοεί, κατὰ μὲν τὸν Ἀνδρόνικον φάναι προδεδομένην ὑπ' ἄλλων εἰς τὸ πᾶν (οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἐθεράπευε τὰ κατ' αὐτόν, οὐχ ἑαυτῷ ἀλλ' ἑτέροις ἐπιγράφων ἃ ἐδυστύχει δι' αὐτὸν ἡ Ῥωμαῒς γῆ), πρὸς δὲ ἀλήθειαν ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου πρόδοτον. καὶ γάρ τοι πρὸ βραχέων χρόνου Ῥωμανόν τινα στείλας, ὃν ὁ καλὸς Ἴστρος φαύλην ἀπόρροιαν ἐναπερευξάμενος εἰς Κωνσταντινούπολιν γαμβρὸν ἐκείνῳ ἐφυλάξατο ἐν τοῖς τότε καιροῖς, τοὺς ἐν τῷ Δυρραχίῳ ἀνθοῦντας ἐμάρανε πλούτου ἔρωτι, ὁποῖος ἐκεῖνος, πλουτῶν ἄντικρυς τὰ τοιαῦτα, μὴ κορεννύμενος. κἀντεῦθεν ἡ πόλις κακυνθεῖσα καὶ μὴ πάνυ γενναίως ἀντισχοῦσα ἑάλω, καὶ μαλακῶς ἔπαθεν ἐμπρησμοῖς τε καὶ λοιποῖς κακοῖς, ὁπόσα φιλεῖ ἀνδρίζεσθαι πόλεμος οὐ στη-

statem, ut simulabat quidem, Siculi, quem sane principem sibi ferebat, sed revera suam ipsius, redacturus esse. etenim nescio, quomodo factum sit, ut opinaretur, quemadmodum supra exposuimus, simulatque apparuisset, omnium statim oculos Romanorum in semet ut solem conversum iri et sibi soli inhaesuros esse.

Emisit igitur terra Latina tantam militum multitudinem, quae satis nos terrefaceret. congregati omnes in Illyriorum agros, quibus imperium Romanum ad sinum Adriaticum terminatur, obsident eius regiones urbem Dyrrhachium, ac facili opera et sub manum, ut ita dicam, expugnant, proditam, ut Andronicus quidem dicebat, ab aliis omnino (solebat enim ita ille res suas constituere, ut non sibi, sed aliis attribueret, si quid detrimenti per eum cepisset terra Romana), sed revera ab ipso proditam. etenim paulo ante misso Dyrrhachium Romano quodam, quod tetrum eiectamentum Cpolim delatum pulcher iste Ister generum Andronico ad illud tempus asservarat, exhauserat subinde opulentiores incolas habendi cupiditate, qua erat, quantumvis isto modo ditescens, insatiabili. unde depravata nec admodum generose renisa civitas ea capta, et muliebriter incendiis ceterisque malis passa est, quae bello infligi solent, quod non cessaturum, sed progressurum et reliquos deinceps terrore percussurum erat. ita igitur

σόμενος ἀλλὰ προβησόμενος καὶ ἐκστήσων φόβῳ τοὺς ἐφεξῆς. οὕτω δὲ ἑαλωκυῖα ἡ τοιαύτη πόλις ἐθρόησε μὲν εἰς πολὺ καὶ ἡμᾶς καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι το εὐεπιχείρητον τοῦ ἐκεῖ δυσπραγήματος ἔμαθον· οὓς ἐλύπει καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ στρατηγοῦ Ἰωάννου τοῦ Βρανᾶ κατάσχεσις, ὃς οὐ πολὺν περικείμενος στρατόν, καὶ ὅμως εἰς φυλακὴν τοῦ φρουρίου παραβυσθεὶς φόβῳ τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου, μὴ καὶ προδότης ἐπικληθεὶς καὶ εἰς χεῖρας ἐκείνῳ πεσὼν ἀπαχθείη τοῦ ζῆν, παρήχθη τῇ τῆς πόλεως ἁλώσει εἰς Σικελίαν αἰχμάλωτος.

Καὶ ἐξεφόβει μὲν οὕτω τοὺς πέριξ μέχρι καὶ ἐς Θεσσαλονίκην τὸ οὕτω ταχὺ τῆς ἁλώσεως ἐκείνης, καὶ ὅτι, καθά τις ἂν εἴποι τὸ τάχος τοῦ κακοῦ ἐνδεικνύμενος, θατέρῳ μὲν τοῖν ποδοῖν ἕκαστος τῶν πολεμίων ἐπέβη τῆς Ἰλλυριῶν γῆς, θατέρῳ δὲ κατενεπήδησε τῆς ἐχυρωτάτης ἐκείνης πόλεως. ὅτι δὲ καὶ τὰ ἐκεῖθεν ἕως καὶ ἐς τὴν καθ' ἡμᾶς Μακεδονικὴν οὐδὲν αὐτοῖς ὁδοῦ προσέστη σκῶλον εἰς ἐμπόδιον, ἀλλὰ τοῦτο τὰς ἁπάντων ψυχὰς ἑτοίμους ἔστησε τῶν κατ' αὐτὰς ἀπαλλάττεσθαι σωμάτων, οἷς ἐταράχθησαν. οὐκ ἔστι γὰρ ὅπου συνήντετό τι δεῖμα ἐκείνοις, οὐ μέγα, οὐ μικρόν, οὐ μέσον· ἀλλ' ὡς διὰ λείων πεδίων ποταμὸς πλήθων, ἐκεῖνος ὁ πεζὸς κατέρρεε στρατός, ἕως ἡμῖν συνέμιξεν ἄσκυλτος. ὁ δέ γε ναυτικὸς τὴν οἰκείαν τραπέμενος ἔπλεε συνελευσόμενος ἐν καιρῷ μερίταις καὶ κορυφώσων ἡμῖν εἰς μέγα τὸ κακόν. καὶ

captum tale oppidum vehementer et nos afflixit et quicunque alii cognoverant, quam levi opera ea clades nobis illata esset: quos sollicitabat etiam egregii ducis, Ioannis Branae, captivitas, qui haud magna stipatus manu, et tamen in arcem coactus, ut defenderet eam, metu imperatoris Andronici, ne proditionis crimine in manus eius incideret et vita privaretur, urbe expugnata, captivus in Siciliam abductus est.

Terrebat igitur gentes finitimas Thessalonicam usque tam praepropera urbis illius expugnatio, et quod unusquisque hostium, ut quis dixerit ad significandam mali velocitatem, altero pede in terra Illyrica constiterat, altero transsiluerat in urbem illam firmissimam; quodque ex illa inde regione usque in hanc nostram Macedoniam ne palus quidem illis impedimento erat itineris, sed ista res cunctorum animos paratos fecerat ad relinquenda corpora: adeo omnes perturbati erant. etenim nusquam illis terriculum se obtulit, nec ingens nec exiguum nec mediocre: sed, velut per planitiem fluvius tumidus, exercitus ille terrestris volvebatur, donec ad nos delatus est incolumis. copiae navales autem sua via proficiscebantur, ut iungerentur ad tempus sociis, et cumularent miseriam nostram; appuleruntque diebus

ὑστέρησε τοῦ πεζοῦ ἡμέρας τινάς, εἰς ἔνδειξιν οἶμαί τινα τῆς τε καθ' ἡμᾶς οὐθενείας τῆς τε κατ' αὐτοὺς ἰσχύος, ταύτης μὲν ὡς, εἴπερ ὁμοῦ ἐπῆλθον ἡμῖν, οὐκ ἂν οὐδὲ γοῦν μίαν ἡμέραν ἀντέσχομεν, ἐκείνης δέ, ὅτι καὶ μόνον τὸ πεζὸν τοῦ στρατοῦ περικαθήμενον ἔχοντες οὕτως ἀρετῶντες ἦμεν τῷ φαύλῳ στρατηγῷ ὡς μηδεμίαν ἐκδρομήν τινα κατ' αὐτὸν γενέσθαι στρατιωτικήν, ἀλλὰ φυλάττεσθαι τῷ ῥηγὶ τοὺς ἐκείνου εἰς ἀδνούμιον ἀπρονόμευτον καὶ οἷον μὴ παθεῖν κολόβωσιν.

Καὶ ὁ μὲν πεζὸς λαὸς περιεκάθισε καθ' ὥραν ἀρίστου τὴν καθ' ἡμᾶς πόλιν, Αὐγούστου μηνὸς ἄγοντος ἕκτην ἡμέραν, καθ' ἣν ἡ ἔνδοξος κοίμησις τῆς πανάγνου θεομήτορος μνημονεύεται. καὶ τότε δὴ οὐκέτι φευκτὰ ἦν ἡμῖν, ἀλλ' οἱ ἀγχινούστεροι προεωρῶντο οἷα πείσονται, ὅπου γε οὔκουν ὀλίγοι καὶ πρὸ τούτων συνεώρων τὸ μέλλον, πολλαχόθεν αὐτὸ τεκμαιρόμενοι. ἡμεῖς γοῦν φθάσαντες τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον, τοὺς ὅσοι μεθ' ἡμῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἦσαν τέκνα ἐξεστείλαμεν εἰς τοὺς ἑαυτῶν, οὐ μόνον ὁδοπόριον ἐνδαψιλευσάμενοι ἀλλά τι καὶ τῶν ἐς χάριν βαθυτέρας γνώμης, ὡς αὐτοὶ θανάτῳ ἀπολούμενοι. καὶ τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ δέ τινας, οἷς οὐδὲν ἦν ἔργον ἀλλ' ἢ μόνον φόβος, βουλὴν αἰτήσαντας οὐκ ἐκρυψάμεθα ὃ δειλιᾶν ἡμῖν ἐπῆλθε, καὶ παρωρμήσαμεν φυλάξασθαι, καὶ ἐφυλάχθησαν. καὶ ἦν μὲν τὸ πρᾶγμα καὶ ἡμῖν ἐφετὸν οἷα ἐθελοψυχοῦσιν, ἐπεσχέθημεν δὲ

aliquot post terrestrem exercitum, quod documento esset nostrae infirmitatis, illorum potentiae, huius quidem, quod, si simul nos invasissent, ne unum quidem diem restitissemus, illius autem, quod a solo exercitu terrestri obsessi ita generosi eramus cum malo isto duce, ut, nulla adversus illos eruptione facta, regi asservarentur milites, centuriis integris nec ulla clade afflictis.

Exercitus terrestris igitur sub prandium urbem nostram obsedit, mensis Augusti die sexto, quo die memoria venerabilis assumtionis sanctissimae deiparae celebratur. ac tum quidem non iam effugere poteramus, praevidebantque intelligentiores, quae passuri essent, quum haud pauci profecto iam ante futura praesensissent, multis ducti indiciis. nos certe ante adventum hostium adolescentes, qui Cpoli oriundi nobiscum erant, ad suos ablegavimus, non solum viatico eos benigne prosecuti, sed etiam largiti nonnihil pro animi sententia reconditiore, tanquam ipsi mox vita defuncturi. ac Thessalonicensium quoque nonnullos, quibus nihil negotii praeter metum erat, consilium rogati non celavimus, quae nos formido incessisset, sed cohortati sumus, ut saluti suae consulerent: ac consuluerunt sane. eratque idem nobis quoque optabile ut vivendi cupidis, sed prohibeba-

δυοῖν ἕνεκεν, ὡς δοκεῖν· οὔτε γὰρ ὁ στρατηγὸς προεθυμήθη σωθῆναι ἡμᾶς δι' αἰτίαν ἣν ὡς θυμοσόφῳ ἐκείνῳ εἰδέναι μόνῳ κεχάρισται· ὁ λαὸς δὲ τοῦ θεοῦ ὁ ἐνταῦθα μὴ ἂν ὑπολιπέσθαι εἰπών, εἰ καὶ ἡμεῖς ἐκδράμωμεν φυγαδίαι, ἔκλεισεν ἡμῖν οὕτω τὰς πύλας τοῦ σωθῆναι βούλεσθαι. καὶ τοῦτο
284 μὲν τὸ φαινόμενον· ἃ δὲ ὁ θεὸς ἐνταῦθα ἤθελεν, ἕτερα ἦν, ἓν μὲν τὸ παιδεύσειν ἡμᾶς ἀνθ' ὧν αὐτῷ προσεκρούομεν, δεύτερον δὲ τὸ φιλανθρωπεύσασθαι εἰς τὰς τοῦ Ἀνδρονίκου χεῖρας βαλεῖν ἡμᾶς. ἐφάνη γὰρ ὡς, εἴγε τῆς πόλεως ταύτης εἰς ὅσον βραχύ τι προεποδίσαμεν, οὐκ ἂν ἐζήσαμεν, ἀλλ' ὁ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ τρυγίας ἐναπηρεύχθη ἂν εἰς ἡμᾶς. εἰ δέ τι καὶ τρίτον ἦν θεοῦ ἐνταῦθα σκέμμα, τὸ ἡμᾶς παραμείναντας πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς ἀποβῆναι τοῖς περισεσωσμένοις ἀδελφοῖς, ἐδιδάχθησαν οἱ πεπειραμένοι σὺν θεῷ. καὶ ἦν ἡμῖν τουτὶ τὸ παράμονον οὐ κατ' ἐκεῖνο τὸ παλαιότερον, ὅτε νῆες μὲν ἀποστατικαὶ Λατινικαί τινες ἐφ' ἡμᾶς ἐκ Βυζαντίου ἀρχέκακοι ἐπλωΐσαντο, κατὰ τοῦ Ἀνδρονίκου καὶ αὐταὶ συμπεπνευκυῖαι, ἡμεῖς δὲ παρεμένομεν. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν καὶ πρόβαν ἐνέφαινε τῶν ἄρτι, δοκιμάζουσαν οἷα οἱ Λατῖνοι ἐπαγωνίσονται ἡμῶν καθιππάσασθαι, καὶ φόβον εἶχεν οὐ πολύν· τὰ δὲ νῦν οἴμοι ὡς ἡμῖν ἀπέβαινεν ὑπερλίαν καὶ ἐναγώνια καὶ φοβερά.

14. περιπειράμενοι T

mur duabus de causis, ut videtur. etenim nec dux servari nos voluit propter causam, quam ipsi ut viro sapienti cognovisse contigit, et plebs ecclesiae urbana, remansuram se negando, si nos abissemus profugi, fores nobis praeclusit, ne fuga salutem quaereremus. atque hoc quidem in conspectu erat. sed quae deus tunc agebat, alia erant: qui partim castigare nos vellet pro iis, quibus a nobis offensus esset, partim commiserari, ne in manus Andronici committeremur. manifestum est enim, si ex hac urbe parumper processissemus, non iam nos victuros fuisse, sed vetus illius in nos erupisset odium. enimvero, si tertium quoddam deo tum consilium erat, salutem nostram haud insalubrem fuisse conservatis fratribus, cognoverunt, qui cum gratia divina tentati sunt. nec nobis accidit haec mansio ut olim, quum naves Latinae aliquot seditiosae iniuria nos lacesserent, adversus Andronicum quoque conspiratione facta, nosque remanendum nobis esse putaremus. sed fuit illud nobis specimen eorum, quae modo evenerunt, quo appareret, quantas Latini nobis pugnas turbasque paraturi essent, nec vero magnum incussit terrorem; praesentia autem quam nobis nimio plus calamitosa et terribilia exstiterunt!

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐν παρεκδρομῇ τινὶ λόγου γεγράφαται, τὴν δὲ πόλιν συνεῖχεν ὡς οἷον ἐν ἀγκάλαις ὅ τε καθ' ἵππους ὅ τε κατὰ τὰς νῆας στρατός, καὶ ἡ τοῦ στρατηγοῦ ἀβελτηρία ἐνταῦθα μάλιστα διεφαίνετο, μηδὲ τὰ πρώην ἄδηλος οὖσα, ὡς ἡ συγγραφὴ ἐν ὀλιγίστῳ διαδείξεται. τὰ πρῶτα μὲν γάρ, τῶν πολεμίων οὐ μακρὰν ὄντων, βιασάμενοί τινες τῶν στρατιωτῶν ἀνδρίσασθαι (ὁ γάρ τοι στρατηγὸς δεινὸς ἦν κοιμᾶσθαι) ἀφώρμησαν, καὶ συνέσχον ἕνα τινά· ὃν καὶ λαμπρῶς περιδύσαντες τὰ στρατιωτικά, οὐκ ἐκ τῶν ἐκείνου (ψιλὸς γὰρ ἦν) ἀλλ' ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἐπόμπευόν τε διὰ μέσης τῆς πόλεως καὶ ὡς μέγαν τινὰ ἑλόντες ἐκύδαινον. καὶ γραφὴ εὐθὺς τοῦ καὶ στρατηγοῦ καὶ δουκὸς εἰς τὸν βασιλέα, ὡς εὐτυχῶς ἡμῖν τὰ εἰς μάχην φέρεται. ἡμέρα μετὰ ταύτην δευτέρα, καὶ μετεξέτεροι στέλλονται, καὶ αἱροῦσιν οὐκέτι οὐδ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ δύο ἱππάρια δυστυχῆ καὶ σκίασμα στρατιώτου κεφαλῆς· ὁ γὰρ τοῦτο ἔχων διεκπέφευγε, προηκάμενος οἷον εἰς λύτρον αὐτὸ τοῖς ἐπιδιώκουσιν. καὶ αὐτίκα θρίαμβοι πάλιν ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ αἰχμάλωτα ἱππαρίδια περιεβλέποντο, οἷα μέγα ὂν ὅτι περ αὐτὰ εἷλον, καὶ τὸ σκιάδιον ἐπὶ σημαίας ἤρετο καθά τι κορυφαῖον σκύλευμα. καὶ γράμμα πάλιν τοῦ δυσαριστέως παρὰ τὸν βασιλέα, ὡς εὐτυχοῦμεν τὰ κατὰ πόλεμον. ὡς δὲ ἐκεῖθεν ἐρεθισθέντες οἱ

13. ἡμέρᾳ — δευτέρᾳ T 19. μέγαν T 21. περὶ T

Sed haec quidem quasi degrediente oratione scripta sunt. urbem interim tanquam amplexu tenebant terrestres et navales copiae, ducisque ignavia insanabilis tum praecipue elucebat, quamquam nec prius latuerat, ut narratio nostra iam declarabit. primum enim, quum haud longe hostes abessent, milites nonnulli impetrarunt, ut pugnarent (dux enim ipse eximius erat ad dormiendum), et urbe egressi comprehenderunt aliquem ex hostibus: quem splendide armis, non ipsius (quippe nudus erat), sed suis ornatum per mediam urbem ducebant et tanquam captivum illustrem ostentabant gloriosius. hinc statim ducis ad imperatorem literae, bene nobis bellum procedere. illuxerat dies post illum secundus, quum nonnulli mitterentur caperentque non iam hominem, sed duos miseros equulos et galeam militis: quam qui gesserat, ipse effugerat, galea tanquam pretio libertatis persequentibus proiecta. illico rursus triumphi per urbem aguntur, spectanturque capti equuli, tanquam magnum quid esset, quod eos cepissemus, atque supra signum militare galea extollitur velut spolia opima. ac literae rursus principis miserabilis ad imperatorem dantur, prospere res adversus hostes geri. sed quum inde irritatae terrestres hostium copiae vesparum instar in nos involarent (prius

κατὰ γῆν πολέμιοι, καθὰ καί τινες σφῆκες, ταχὺ καθ' ἡμῶν ἐπτερύξαντο (τὰ γὰρ πρὸ τούτων ἀνεβάλλοντο, καραδοκοῦντες τὸ ναυτικὸν κατά τι σύνθημα) καὶ τὴν πόλιν ἐκ τῶν δυσμόθεν μεγάλων πυλῶν ἕως καὶ ἐς ὅλην τὴν ἀκρόπολιν ἀκηρυκτεὶ ἐπιδραμόντες ἐκυκλώσαντο, γίνεταί τις ἐκεῖ ἐκδρομὴ δύο μὲν Λατίνων ἱππέων ἐκ τοῦ τῶν Πρεβεντζούνων ἔθνους, ὃ δὴ πολὺ καὶ τεθαρρημένον τῷ Σικελικῷ στρατῷ παρείπετο, πλειόνων δὲ ἐν τῶν ἡμεδαπῶν· ὑπὲρ τοὺς δέκα γάρ. καὶ πίπτει μὲν οὐδείς, ἐναγώνιοι δὲ οἱ Λατῖνοι διεκφεύγουσι τὸ πεσεῖν. καὶ πάλιν ἀναφορὰ εἰς τὸν βασιλέα τρίτη, ὡς τῇ βασιλικῇ εὐχῇ τε καὶ εὐτυχίᾳ νενικήκαμεν καὶ τὸν τρίτον πόλεμον, οὐκ οἶδα τίνων περιγενόμενοι. καὶ ἤθελε μὲν ὁ στρατηγὸς τὰς τρεῖς ταύτας αὐτοῦ νίκας ἑνὶ ἐπιστολίῳ περιλαβεῖν, φειδοῖ δαπάνης καὶ δρομικῶν ἵππων· ἐγκρατὴς γὰρ ἦν χειρῶν ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος. ἀλλὰ προεκαλεῖτο τὸν καλλίνικον εἰς τὸ δαπανῆσαι τὸ ἐθέλειν κατὰ τοῦ βασιλέως γελᾶν, καὶ ἦγεν αὐτῷ πρὸς ἀνάγκης τὸ πρᾶγμα. ἐκεῖνός τε γὰρ ἐμίσει τοῦτον, καθὰ καὶ τοὺς λοιποὺς ὅσοις τὸ γένος ἔλαμπε· καὶ αὐτὸς δὲ ἀντέστρεφε τὸ μῖσος πρὸς αὐτὸν οὐ μακρὰν τοῦ ἀνάλογον. ὅς γε καὶ ἀνεφθέγγετο δεδιέναι καθ' ἑκάστην μήποτέ τις αὐτῷ ἐκ μεγαλοπόλεως ἐπιπετασθείη ἐξορύξων τοὺς ὀφθαλμούς, καί ποτε καὶ τοιᾶσδε ἔφη φῦναι μητρός, κακολογήσας θυμῷ τὴν τιμίαν ἐκείνην, ἐὰν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀναστραφείη. ὅθεν καὶ διεδήλου ὡς ἄλλην

11. πρῶτον T

enim cessaverant, opperientes classis ex composito adventum), et urbem a magna porta septentrionali ultra arcem usque nullo misso praecone adortae oppugnarent, fit ibi concursus duorum equitum Latinorum e Brabantinorum gente, qui frequentes et audaces in exercitu Siculo erant, cum manu longe maiore nostrorum militum: erant hi enim plus decem. verum nemo cecidit, sed pugnando Latini mortem effugiunt. rursus nuntius ad imperatorem tertius mittitur, imperatoris auspicio et fortuna primo etiam proelio nos vicisse, nescio quibus hostibus superiores factos. ac comprehensurus erat dux noster tres suas victorias epistola singulari, quo pecuniae et veredis parceret: temperabat enim revera manibus iste homo: sed incitabat ad impensas pulcrum istum victorem, et quasi necessitate cogebat, irridendi imperatoris cupido. namque oderat eum imperator, sicut reliquos quotquot genere illustri erant; nec admodum modus discrepabat, quo ille odium rependebat, dicere solitus, timere se quoditie, ne quis Cpoli advolaret, qui oculos sibi effoderet; quin etiam iuratus quondam, illa se matre natum, venerandae convicians deiparae,

τινὰ τραπέσθαι αἱρήσεται, καὶ μείζονος κακοῦ ἀνθελέσθαι τι βραχύτερον, καὶ τοῦ ζῆν ἐξ ὀφθαλμῶν προθέσθαι ὅ ἄν τις εἴποι κακόν.

Οὐκοῦν καὶ μεθώδευε τὸ τοιοῦτον, καὶ οὐ βαθείᾳ ψυχῇ μεριμνῶν τὰ κατὰ πόλιν ἀνέπειθε τὸν Ἀνδρόνικον εὖ μάλα τεχνικῶς ὡς εὖ ἔχουσι τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὡς περιπεποίηται ἡ πόλις ἄριστα καὶ οὐδὲν αὐτῇ τῶν δεόντων ἐνδεῖ, οὐ πύργων ἀσφάλεια, οὐ πετροβόλοι μηχαναί, οὐ τειχῶν ἐπιποίησις, οὐ περιτειχίσματος ἐρυμνότης, οὐ πλῆθος καὶ κάλλος ἁρμάτων, οὐκ ἄλλο οὐδέν, ψευδῆ μὲν γράφων πρὸς τὸ ἑαυτῷ μόνῳ συνοῖσον καὶ ἀνεξέλεγκτα, ὅτι μηδὲ ἦν τις ὁ εἴτε εἰδὼς ἅπερ ἔγραφεν εἴτε λαλῶν εἴτε λαλεῖν τολμῶν, πείθων δὲ ἐκεῖνον οὐκ εὐτυχῶς ἡμῖν. πεπραγμάτευτο γὰρ θάρρος ἐμβαλεῖν τῷ βασιλεῖ περὶ ἡμῶν, ὡς οὐκ ἄν τι κακόν ποθεν πάθοιμεν, ἵνα κεφαλὴ μόνος αὐτὸς ἐφίσταιτο τοῖς ὧδε, καὶ μή τινι ἑτέρῳ ἐπιτραπείη τὰ τῇδε, οἵῳ περισώσασθαι ταῦτα, καὶ οὕτω τῆς ἀρχῆς αὐτόν ποτε παραλυθῆναι καὶ εἰς χεῖρας τῷ Ἀνδρονίκῳ περιτυχεῖν, ὑφ' ὧν καὶ πάλαι ἂν συνετρίβη, εἰ μὴ ὁ σεβαστοκράτωρ Μανουὴλ ἀγαθὰ λαλῶν καὶ μέσος πίπτων γυναικείου λόγῳ αὐτὸν περιεσώζετο, οὐ πρὸς γαλήνην ἡμῖν ἀλλ' ὡς εἰς τυφῶνα τὸ πᾶν κυκήσοντα. καὶ ἐς τοσοῦτον περιῆλθε 285
πανοῦργος τὸν βασιλέα ταῖς τοιαύταις μεθόδοις ὁ δοὺξ οὐ-

7. αὐτῇ T

si Cpolim reveteretur: quo etiam significabat, alio potius se abiturum, et prae calamitate maiori praeoptaturum minorem, et malle se, quam oculis privatum vivere, malo quocunque affligi.

Itaque talia ille secum agitans, nec admodum curae sibi habens salutem urbis, persuadebat callide Andronico, bene res nostras habere et urbem optime instructam esse, nec deesse quidquam necessarium, non turrium firmitatem aut ballistas, non murorum moeniumque munimenta, non currus frequentes praestantesque, nec ullam rem aliam: quae mendacia quidem erant, ad ipsius solum commodum conficta, nec tamen confutari poterant, quia nemo erat, qui aut nosset ea, quae ille scribebat, aut loqueretur aut auderet loqui, sed credibilia omnia ista erant imperatori, haud profecto nobis feliciter. hoc enim dux noster agebat, ut imperatori bonum de nobis animum faceret, tanquam nihil undecunque afflictis, quo solus rerum caput esset, neve civitas nostra committeretur alii, qui servare eam posset, ipse loco motus in manus Andronici incideret, quibus iam pridem contritus fuisset, nisi Manuel sebastocrator placando et interveniendo mulierculae causa illum servasset, haud consulens tranquillitati nostrae, sed tempestatem excitans cuncta turbaturam. atque ita calli-

τος, ὡς καὶ εὐχαριστίαν αὐτῷ γραφῆναι πρὸς τοῦ ἀμειλίκτου καὶ μὴ εἰδότος, οἶμαι, ὅπερ ἔστι χάρις. διὸ καὶ τῇ εὐχαριστίᾳ ὑπεσμύχετό τις καυτήρ. ηὔχετο γὰρ ἡ βασιλικὴ γραφὴ ἐχόμενα τῆς χάριτος οὕτως "γένοιτο δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ἑξῆς τὴν τοιαύτην εὐχαριστίαν φυλάττεσθαί σοι," αἰνιττομένη ὡς μικρὸν ὅσον, καὶ οὐ παραμενεῖ. ὃ καὶ γέγονεν· ἑάλωσαν γὰρ δι' αὐτὸν ὡς ἐπὶ θανάτῳ ἐκεῖ καὶ ἡ τούτου μήτηρ καὶ ὁ ἀδελφός, οὐδὲν αὐτοὶ ἁμαρτόντες.

Καὶ τοῦτο μὲν μετ' οὐ πολὺ εἰς ἐκείνους· αὐτὸς δὲ τέως ἰσχύων κατὰ τῆς ἡμῶν ἀπωλείας, καὶ διὰ τοῦτο ἐνσκιρρώσας τῇ τοῦ βασιλέως ψυχῇ ὡς αὐταρκεῖ οὗτος τὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἴσχυσε πεῖσαι τὰ εἰς ἡμῶν ὄλεθρον. ἔστειλε μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς προμηθικώτερον στρατιὰν ἐπὶ ἀμύνῃ τῶν καθ' ἡμᾶς, πεποιθὼς δὲ οἷς ἐκ τοῦ Δαυῒδ ἀπεπλανᾶτο, παρηγγυήσατο μήτε εἰς τὴν πόλιν αὐτοὺς καταδύσεσθαι μήτε μὴν τοῖς πολεμίοις ὁμόσε χωρῆσαι γενομένους ἐν χρῷ μάχης, ὡς ἐντεῦθεν ἡμᾶς μέν, μὴ εἰδότας ἐπικουρίαν ἐκ τῶν ἐσταλμένων, καραδοκεῖν καὶ ἐκκρέμασθαι τῆς εἰς ἐκείνους ἐλπίδος, αὐτοὺς δὲ ἀναιμωτὶ ζῆν, ἀφοσιουμένους τηνάλλως τὸ εἰς ἡμᾶς ἐπικουρικόν. ἦσαν δὲ συχνοὶ ἐκεῖνοι, ὁ τῶν ἀνατολικῶν μέγας δομέστικος Γίδος, ὁ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος, ὁ Καμύτζης Μανουήλ, ὁ Χοῦμνος καὶ ἕτεροι. ἐπέρρευσε δὲ αὐτοῖς ἐς

19. ἀφοσιωμένους T

de imperatorem artibus illis decepit dux noster, ut etiam gratiae illi literis agerentur ab implacabili illo et ignaro, opinor, quid esset gratia. unde sub gratia illa gliscebat scintilla quaedam. precabatur enim imperatoria epistola, quae ad gratiam illam pertinebant, his verbis "ac fiat, ut in posterum quoque ea tibi gratia servetur" significans, non diu fore, quum peritura esset. id quod sane evenit. capti enim et morti destinati sunt illius causa mater et frater eius, qui nihil ipsi commiserant.

Atque hoc quidem non multo post illis accidit: ipse autem ad perniciem nostram tunc validus et propterea in imperatoris animo confirmare conatus hanc opinionem, satis se tueri posse urbem, obtinebat, quae nobis exitio futura essent. misit enim imperator prudenter exercitum ad defendendam urbem nostram, sed confisus nuntiis, quibus a Davide dicipiebatur, vetuit eos aut urbem intrare aut pugnam cum hoste committere, ita ut nos tum, haud sentientes ex illis auxilium, frustra praestolaremur ope eorum confisi, ipsi caede abstinerent et placide viverent, inanem nobis et dicis causa opem ferentes. erat autem eorum magnus numerus, Gidus, magnus domesticus orientis, Andronicus Palaeologus, Manuel Cámytzes, Chumnus,

παντελῶς ὕστερον καὶ ὁ τῷ βασιλεῖ πάνυ ἐγγύς, ὁ παρακοιμώμενος Νικηφόρος, ὃς γράμμα στείλας πρὸς τὸν δοῦκα Δαυῒδ ἔθετο τρόπον ἄλλον τὰ χείλη αὐτοῦ κατ' οὐρανὸν καὶ τὴν γλῶσσαν ἀφῆκε διέρχεσθαι περὶ γῆν. ἔφατο γὰρ μήτε τὸν οὐρανὸν ἄστροις ἐνευθηνεῖσθαι τοσούτοις μήτε τὴν γῆν ἄμμῳ τοσῇδε πλήθειν ὁπόσος αὐτῷ στρατὸς ἐφέπεται, προσεπιλαλῶν καὶ ὑποδεδοικέναι μή ποτε οἱ Λατῖνοι ἐκπευθόμενοι ὅσην ἰσχὺν περιβέβληται φευξοῦνται, καὶ μενεῖ αὐτὸς κενὸς τοιαύτης ἄγρας. ἔγραψεν αὐτὸς τοιαῦτα, καὶ ἡμεῖς ἐπιστεύσαμεν· τὸ γὰρ ἐπὶ σωτηρίᾳ βουλόμενον τῆς ψυχῆς ἕτοιμον ἦν πρὸς πειθώ.

Καὶ οὕτω μὲν τὰ ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀποστόλων ἐψεύδοντο ἡμᾶς· τὸ δὲ πολέμιον ἐπελθὸν τό τε ξηρᾶθεν καὶ τὸ ἐκ θαλάσσης ἐξηρτύετο κατ' ἐπιστήμην εἰς μάχην. καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν δυσμικῶν ἄλλα ἐποίουν καινά τινα κατὰ νόμους ἑλεπόλεων, αἷς διὰ τὸ ἐκ μεγέθους δυσμεταχείριστον οὐδὲ ἐνέλαμψέ τις ἐνέργεια· οἱ δὲ περὶ τὰ ἑῷα (ἦσαν δὲ μάλιστα ἐκεῖνοι τὸ ναυτικὸν πλῆθος) πρὸς τὸ συνηθέστερον ἔβλεπον, καὶ συσκευασάμενοι μηχανὰς πετροβόλους, μικρομεγέθεις μὲν πλείονας, ὡς ἐπιβουλεύειν δι' αὐτῶν τοῖς ἐκ τῶν τειχέων πολεμοῦσιν ἡμεδαποῖς, δύο δὲ μείζονας, ὧν θατέρα σεισμοῦ θυγάτηρ, τολμήσαντα φάναι, ἐντεινάμενοι δὲ καὶ τοὺς τὴν εὐεπιβούλευτον τάφρον συρφετοῦ πλήσοντας καὶ τὸ περίτει-

12. ψευδόντων T

alii. accessit ad hos admodum sero imperatori familiarissimus Nicephorus cubicularius, qui missis ad Davidem ducem litteris inepte labia ad coelum extulit, linguam in terram demissam habuit. dixit enim, nec coelum tot stellis distinctum esse, nec terram ita arena abundare, ut frequens se exercitus sequeretur, adiiciens etiam, timere se, ne Latini, comperto, quantas copias adduceret, fugae se darent, ipse expers fieret tantae praedae. talia scribebat ille, et nos iis fidem habebamus. namque animi salutis cupidi proclives ad spem erant.

Ita igitur promissa nos eludebant legati imperatorii. hostilis exercitus autem et terra et mari ingruens perite instruebatur ad obsidionem. atque ii quidem, qui ad occidentem constituti erant, nova quaedam tentabant helepolium genere, quae tamen, propter magnitudinem inhabiliores, nullius usus erant; sed qui ad orientem constiterant (copiae navales maxime), usitata: magis agebant machinas, quibus saxa coniicerent, plures minores, quibus exciperent nostros in muris pugnantes, maiores duas, quarum alteram audacius quis quassationis filiam dixerit, adhibebant, atque utebantur enixe eorum opera, qui fossas occultas sulphure replere, et moenia concutere, op-

χος δὲ κατασεῖσαι δεινοὺς καὶ τῷ τείχει προσβαλεῖν καὶ διορύξαι αὐτὸ εἰς κατάπτωσιν, ἐγίνοντο τῶν ἔργων εἰς ὅσον κραταιόν, καὶ ἀκάθεκτοι κατειργάζοντο. καὶ προέτρεχον αὐτοῖς πάντων συχνοὶ ἀκροβολισμοί. πρὸς δείλην γὰρ κατασχόντες τὰς ναῦς εἰς αὔριον ἕωθεν μάχης κρατερᾶς ἐνήρξαντο. καὶ τὸ μὲν δυσμικὸν ἅπαν ἕως καὶ εἰς ὅλον τὸ κύκλῳ τῆς ἀκροπόλεως (κατὰ σχῆμα γάρ τι δρεπάνου ἐκ θαλάσσης ἕως καὶ τῶν ἐκεῖσε πυλῶν περιήγετο πυργηροῦν) οὐχ οὕτω πράγματα ἡμῖν παρεῖχεν οὔτε τραύματα ἐνέτριβε, τὸ δὲ ἐξ ἀνατολῆς ἐθηριοῦτο. ἦν δὲ μάχης ἐλεύθερον τὸ παράλιον ὅλον, τὸ μὲν ὅτι ψιλὰ θαλασσίου ὕδατος ἦν τὰ πρὸς τῷ τείχει διὰ τὸν καιρὸν θερινὸν ὄντα καὶ μὴ πληθύοντα τὴν θάλασσαν μέχρι καὶ ἐς αὐτὸν τειχισμόν, ὡς ἐντεῦθεν ἐξ ἀσυμμέτρου τοῖς ἐκ τῶν παραλίων τειχέων καὶ τοῖς ἐκ θάλαττης εἶναι τὴν μάχην, τὸ δ' ὅτι δαήμονες ὄντες ἐκεῖνοι μάχης περὶ τὸ πονοῦν μᾶλλον τῆς πόλεως ἐμελέτησαν ἐντήκειν πληγάς. ἐκεῖθεν γὰρ διέγνων δύνασθαι ἂν βλάψαι ἡμᾶς, ὡς καὶ προσεδρεύειν εὖ μάλα δυνάμενοι διὰ τὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀγχιβαθὲς καὶ οὕτως εὐλίμενον, καὶ ὅτι καὶ τὸ τεῖχος οὐκ ἀπονήρως εἶχεν ἐκεῖσε, ἀτέχνως τε τὴν ἀρχὴν συσταθὲν καὶ οὐκ εὖ αυμπαγὲν καὶ μηδὲ μεμελημένον ἄρτι τῷ καλῷ στρατηγῷ. ἐῴκει γὰρ ἰατρῷ παρακολουθοῦντι σώματι πονοῦντι μέν, οἵῳ δὲ μὴ φιλεῖσθαι ὡς ἀναποιηθῆναι πρὸς ὑγίειαν, κἀντεῦθεν ἀμελοῦντι

14. τῆς T

pugnare et subruere callerent, urgebantque ea opera, quantum possent, procedebantque ita, ut retardari nequirent. adiuvabantur autem crebra universorum iaculatione. sub vesperam enim navibus appulsis, postridie prima luce proelium commiserunt. et occidentales quidem copiae universae per totum arcis circuitum (etenim in falcis speciem a mari ad portas pertinebant obsidentes) minus nobis negotii excitabant, nec vulnera infligebant graviora; sed orientales prorsus feroces erant. vacabat autem bello totum litus, partim, quia vada erant ad moenia, propter tempus aestivum non ad murum pertinente aqua marina, ita ut ibi impar inter eos, qui e moenibus pugnabant, et navales hostium copias pugna esset, partim, quia, ut erant belli periti, debiliori potius parti urbis vulnera infligere tentabant. intellexerant enim, illinc se nobis nocere posse, siquidem et prope admodum accedere licebat propter litoris altitudinem magnam et portuosam, et moenia ibi parum firma erant, quia non solum imperite primum condita nec bene compacta, sed etiam a bono tum duce nostro neglecta erant. similis enim is erat medico, qui, quum corpus infirmum, sed insanabile, curat, curam eam ut fastidiosam ne-

τὸ νοσοῦν ἀνακομίσασθαι. καὶ οὐκ ἔστι διαπιστῆσαι τοὺς εὖ κατεγνωκότας τὸ πρᾶγμα ὡς πάνυ τι βραχὺ προδότου τοῦ κυρίως διενεγκεῖν ὁ Δαυὶδ φαίνεται καθ' ἡμῶν, εἰ μή τις ἄρα θερμότερον ἐπιβάλλων ὡς ἔν τινι πλάστιγγι παρισάζοι ἐκεῖνον εἰς προδότην αὐτόχρημα. δίχα γὰρ συνθεσιῶν ἐπὶ ῥητοῖς καὶ μηνύσεων γνωρίμων, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ πολλοὶ κατηγοροῦσιν ἐκείνου, τἄλλα πάντα προδοτικῶς εἶχεν ὁ ἀνήρ. καὶ κοινὸν αὐτῷ τε καὶ τῷ κατὰ σπουδὴν φανερὰν ἄλλως προδότῃ τὸ τοῦ κοινοῦ μὲν ὑπερορᾶν περιφρονητικῶς, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ χαρίζεσθαι, καὶ προτίθεσθαι πάντας μὲν ἀπιέναι, περιεῖναι δὲ μόνα τὰ κατ' αὐτόν. ἐμέμφοντο οἱ στρατιωτικοὶ ὅτι τὰ πετροβόλα ἐν ἡμῖν ὄργανα οὐκ εὐχρήστως εἶχον ὡς ἀντιφερίζειν πρὸς τὰ τῶν ἀντιμάχων. ὁ δὲ ἀφεὶς κατορθοῦν τὸ ψεγόμενον "καὶ τί ποιήσω" ἔλεγε, καὶ ἤρκεῖτο εἰπεῖν τοσοῦτον ὁ κομψὸς Πυθαγοριστής, δοκῶν μὲν ἱερὸν εἶναι σιγῆς 286 διὰ τὸ ἐχεμυθεῖν τὰ πλείω, ἄλλως δὲ κατὰ τοὺς λοχῶντας πνίγων τὴν λαλιάν, ἄνθρωπος ἐπέχων καὶ τὰ ἐς πονηρίαν ἀδιόρατος καὶ τό γε κρυψίνουν πολυβενθής. ἤκουεν ὡς τὸ περίτειχος καταλαμβάνεται διὰ τὸ ἀνεχύρως ἔχειν, καὶ παρέπεμπεν αὐτὸ ταῖς μητράσι τῶν πολεμίων παραβύειν, ἔνθα αἰσχρορρήμων εἴποι ἂν ἀνήρ. ἐπιλειπόντων ὀϊστῶν τοῖς ἐπὶ τῶν τειχέων ἦν βελῶν ζήτησις· ὁ δὲ καὶ ποῦ ἂν αὐτοὺς

gligit. nec dubitare possunt, qui rem bene norunt, parum a proprii nominis proditore Davidem illum discrepasse in iis, quae adversus nos egit, nisi quis calidius quasi in trutina positum proditori prorsus parem esse duxerit. nam praeter pactiones iustas et manifesta indicia, quae tamen nonnulli illi exprobrant, in rebus reliquis omnibus proditoris personam agebat. erat illi commune cum proditore, qui aperta fraude agit, quod rem publicam contemptim negligebat, sibi soli gratificabatur, cunctos perire volebat, modo ipse suaque servarentur. querebantur milites, quod machinamenta nobis non essent idonea, quibus resisti posset machinis hostium: ille, nihil sollicitus, ut corrigeret, quod vituperabatur, "quid faciam," dixit, et dixisse satis habuit, vafer quasi Pythagorisso, qui videretur quidem sacrum taciturnitatis esse eo, quod reticeret pleraque, sed revera subdole coram insidiantibus premeret verba, homo continens, cuius nequitia perspici non posset et malignitas alte lateret. audiebat, moenia expugnari propter infirmitatem: committebat ea, ut quis dixerit dicacior, matribus hostium farcienda. deficiebant sagittae, et qui in muro erant, nova tela quaerebant: ubi ea inveniret, murmurabat, nec dabat quidquam, et urbs affligebatur. frangebatur machina, et oportebat eam refici, et lignum anquirebatur: ubinam lignum esset, re-

εὖροι ὑπετονθόρυζε, καὶ ἐδίδου μηδέν, καὶ ἡ πόλις ἔκαμνεν. ἐκλᾶτο μηχανὴ καὶ ἣν ἀναγκαία ἐπιποιηθῆναι, καὶ ἐζητεῖτο ξύλον· καὶ ποῦ ἂν εἴη αὐτὸ παρελάλει. ἐμάνθανέ τις ἄλλο τι ἐνδεῖν τῶν δεόντων, καὶ ἐλάλει· καὶ ἦν τηνικαῦτα ὁ κατὰ παροιμίαν σιγηλὸς ἥρως Εὐρυβάτας, καὶ ἠπειλεῖτο κατὰ πληγῶν, κατὰ κεφαλῆς, κατὰ ὀμμάτων, κατὰ σκολοπισμοῦ, εἰ μὴ παύσοιντο λαλεῖν οἱ τοιοῦτοι, διομνύμενος εἰς πίστιν σταθερᾶς ἀπειλῆς βασιλικὴν κεφαλήν. τῶν τις δὲ οὐ πάνυ τοῦ δήμου καὶ κατεάγη τῆς κεφαλῆς, τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ῥάβδῳ πληγείς, ὅτι τὰ στρατηγικὰ φαύλως ἐνεργούμενα κατεμέμψατο. καὶ τῶν βλεπόντων οὐδεὶς οὐδὲ γογγύσαι τετόλμηκε. στρατιῶται δὲ παρρησιαζόμενοι καὶ ὀρθὰ λαλοῦντες ἓν μόνον πρὸς τοῦ ἀτόπου ἤκουον, ὡς ὅτι κατατόπια εἰληχότες ἐκεῖσε καὶ μόνον πονεῖσθαι ἀνάγκην ἔχουσι, πλέον δέ τι μὴ περιεργάζεσθαι, εἰ μὴ κακὰ αἱροῖντο πείσεσθαι. σῖτον ἐπαρκέσειν τῇ πόλει ὀφείλων, ὁ δ' ἐς τοσοῦτον ἀπημέλησεν ὡς ἑαυτῷ μὲν λαβῇ τοῦ τοιούτου καλοῦ πλοῦτον παχὺν περιθέσθαι, οὗ τί ὁ ἄθλιος ἀπώνατο; τῇ δὲ πόλει ἐγκαταστῆσαι λιμόν, ὡς, εἰ μὴ ταχὺ κατέσπασεν ὁ τῶν πολεμίων σίδηρος, ἀλλήλους ἂν κινδυνεῦσαι καταφαγεῖν.

Γέγονε καὶ λειπανδρίας τῇ πόλει ταύτῃ αἴτιος· πληρώσας γὰρ ἐν πολλοῖς τὰς χεῖρας ὧν οὐκ ἐχρῆν, ἀφίει τοὺς ἐθέλοντας λειποτακτεῖν καὶ φεύγειν τὴν πατρίδα, ὅποι βούλοιντο. καὶ οἱ βαρύπλουτοι περιποιούμενοι οὕτω τὸ σώζεσθαι ἀπετέ-

spondebat. cognoverat quispiam, aliud quid necessarium deesse, et indicabat: tum ille, ut in proverbio est, taciturnus heros Clamates erat, minabatur flagellum, securim, scalprum, stipitem, nisi desissent conqueri, per caput imperiale iuratus, minis se fidem facturum. quidam adeo non plane plebeius caput confractum tulit, facie sibi baculo percussa, quod rem militarem male administrari arguerat: nec quisquam spectantium vel mussitare ausus est. milites liberius loqui et vera dicere ausi ex homine nequam nihil nisi hoc audiebant, stationes suas nacti diligenter tenerent, neve quidquam praeterea agerent, nisi duriora pati mallent. quum annonae providere deberet, ita eam neglexit, ut sibimet ipsi, opportunitate ea pulcre usus, magnam pecuniam faceret (cuius tamen quem ille fructum habuit?) civitatem fame premeret, ut nisi cito correpti essent ferro hostili, coacti paene fuissent, se invicem comedere.

Exstitit idem huic urbi auctor desertionis. replens enim manus divitiis, quibus non debuerat, dimittebat, qui signa desērere vellent, et e patria eos discedere, quocunque vellent, patiebatur.

λουν καί τι χεῖρον· μισθαρνοῦντες γὰρ τῶν δημοτικῶν ὅσοι δεξιοὶ τὰς χεῖρας καὶ βριαροὶ ῥάβδον τε κατενεγκεῖν καὶ λίθον μακρὰν ἀφεῖναι καὶ μηχανὴν διαχειρίσασθαι καὶ τόξου νευρὰν ἐντεῖναι καὶ βαλεῖν, ἐξεχώρουν τῆς πατρίδος, καὶ αὐτὴν μὲν ἀπεστέρουν οὕτως ἀμυντήρων, ἑαυτοῖς δὲ ὅσα καὶ στρατηγοῖς ἔπειθον τοιοῦτον ἀκολουθεῖν στρατόν, δώροις πείθοντες. κἄν τις αὐτῷ ὑπηγόρευσε, καὶ μάλιστά γε ἡμεῖς οἱ μὴ πάνυ τι δεδιότες, ὡς οὐκ ἀγαθὸν τῇ πόλει τὸ οὕτω γενέσθαι, ἀλλ' ἐνταῦθα οὐκ ἦν φορητὸς ὁ ἀνήρ, σχετλιάζων καὶ δυσανασχετῶν εἰ μεμφθείη ὡς περιιδὼν γενομένην οὕτω τὴν πόλιν κένανδρον.

Τὸ δὲ δὴ κορυφαῖον ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς τούτοις κακοῖς καὶ ἡ τοῦ ἀναγκαιοτάτου ὕδατος ἔκλειψις ἦν. ὡς γὰρ ἡ τῆς ἀκροπόλεως δεξαμενὴ ἀργῶς ἐκ μακροῦ εἶχε, καὶ ἐχρῆν ἀναποιηθῆναι αὐτὴν ἐκθεραπευθεῖσαν. ἔνθα χρόνῳ καταπεπόνητο, ἐγίνετο τοῦτο μόλις μέν, ἀλλ' οὖν. καί τις τῶν τῆς στρατιᾶς οὐκ ἀφανὴς (Λέων ἦν ἐκεῖνος ὁ Μαζιδᾶς), ἀποδεξάμενος τὸ πρᾶγμα καὶ ἐπαινέσας, παρεκάλεσε τὸν Δαυὶδ ἡμέρας τριβῆναί τινας μετὰ τὸ ἔργον, ἵνα στεγανωθὲν τὸ ἀγγεῖον ἔχῃ φυλάττειν τὸ πιστευθὲν ὕδωρ ἀσφαλῶς, διὰ τὸ μηδὲ ἀνάγκην τέως ἐπιτεθεῖσθαί τινα οἷα τῶν πολεμίων οὔπω ἐπικειμένων ἀλλὰ πορρωτέρω που διεστώτων. καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος τῷ Δαυὶδ, ὅσα γε δόξαι. ἄνεμος δὲ ἀφαρπά-

praedivites igitur ita sibi salutem quaerebant, ut penderent aliquantulum pecuniae. conductis enim e plebe, qui dextera et valida manu vibrare hastam, saxum longe iacere, machinam agere, nervum arcus tendere et mittere sagittam possent, ex urbe discedebant eamque privabant defensoribus, relinquebant obedientem sibi ut ducibus istam turbam, praemiis comparatam. atque si quis illum admoneret, velut nos maxime, prorsus quippe intrepidi, haud salutare urbi esse, quod ista ita fierent, tum vero plane non ferendus homo erat, conquerens et indignans, exprobrari sibi, quod urbem viris ita vacuefieri pateretur.

Summum autem in his malis aquae, rei maxime omnium necessariae, inopia erat. nam quum cisterna arcis diu quiesset, ac refici et resarciri deberet, ubi vetustate vexata erat, factum illud est aegre quidem, sed tamen factum est. sed ex exercitu quidam haud ignobilis (Leo Mazidas ille fuit), re cognita et probata, Davidem cohortatus est, ut finito opere dies aliquot praetermitteret, priusquam aquam ingereret, quo instaurata cisterna incorruptam servare posset aquam receptam, quoniam nulla dum necessitas premeret, hoste nondum instante, sed procul absente. placuit ea oratio Davidi, ut videbatur qui-

σας τὸν τοῦ Μαζιδᾶ λόγον ἀπήγαγε, καὶ λήθῃ καταχώσας τὸ τοῦ Δαυὶδ φρονοῦν ἀνέφυσε βλάστην ἁδρυνθεῖσαν πρέμνον μεγάλου κακοῦ. οὔπω γὰρ ἦν ὀψία δείλη, καὶ τὸ χορτασθὲν ὕδωρ ἀπολυθὲν θέειν κατὰ τοῦ σκεύους ἐλεύθερον κατηγόρει τὸν δρόμον τῷ κελαρυσμῷ. καὶ ὁ Μαζιδᾶς παροδεύειν τυχών, καὶ ἀκούσας ὃ ἐγίνετο, τρέχει σπεύδων ἐπὶ τὸν Δαυὶδ καὶ ἀναμιμνήσκει προενεγκὼν ἃ εἶπε. καὶ ὁ Δαυὶδ ἀγανακτῆσαι σκηψάμενος προυβάλετο λαθέσθαι. ἀκούσας δὲ δεῖν ἐπισχεθῆναι τὸ ὕδωρ ὡς ἐγχωροῦν γενέσθαι καὶ εἰσαῦθις τὸ καλόν, ἀπηνήνατο, ἐπιτάξας ἀφίεσθαι ῥέειν τὸ ὕδωρ. καὶ τοίνυν αὐτὸ μὲν εἰσέρρεεν, ἡ δεξαμενὴ δὲ ἐξέπεμπεν ὃ ἐδέχετο, ἀναλυθείσης τῆς προσφάτου ἐπιποιήσεως οἷς τὸ ὕδωρ ἀπαλεῖψαν τὴν ὑγρὰν παρέσυρε τίτανον. καὶ οὐ πολλαὶ ἡμέραι ᾤχοντο, καὶ ἦν τὸ ἀγγεῖον κενόν· ὅθεν συνεξεκενώθησαν ἡμῖν ἅπασαι αἱ ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει ἐλπίδες, καὶ οὐκέτι οὐδεὶς ἀνέβλεπεν εἰς αὐτήν. καὶ ἡμεῖς οὖν συσκευασάμενοι ἐκεῖσε καταντήσειν, εἴπερ βίᾳ, καὶ τὰ ἀναγκαῖα συγκομισάμενοι, ἐπεὶ μάθοιμεν ἀπολωλέναι τὸ ὕδωρ, συγκατερρύημεν τὸ εὔελπι, καὶ διανείμαντες ἐκεῖ τὴν συγκομιδὴν μόνου τοῦ δειλιᾶν καὶ εὔχεσθαι κατέστημεν.

Τίς ἂν δὴ ἀπαγάγοι τὰ τοιαῦτα τοῦ κατὰ προδοσίαν συγγενικοῦ; εἰ γὰρ καὶ μηδαμοῦ ἐνταῦθα συνθήκη πρὸς πολεμίους (θετέον γὰρ οὕτως) οὐδὲ ἀρέσκεια ἐπὶ δώροις, φει-

18. συγκατερρύη μὲν T

dem. verum venti abstulerunt orationem Mazidae, et oblivione obruentes mentem Davidis, summiserunt surculum, qui adultus stirps magnae miseriae exstitit. nondum enim multa vespera erat, quum aqua ingesta libere per canalem effluens strepitu decursum argueret. Mazidas forte praeteriens quum audisset, quid rei esset, ad Davidem cursu festinat, et admonet, quod suaserit. Davides dolere se simulat et rei oblitum esse dicit. monitus autem, aquam effluentem retinendam esse, quoniam damnum corrigi posset, recusavit, sed illam emitti iussit. itaque aqua influebat quidem, sed emittebat rursus cisterna, quod receperat, dissoluto, quod recens reparatum fuerat, quia calcem humidam aqua abstersam auferebat. nec multi dies effluxerant, quum cisterna inanis esset: unde simul inanis exstitit omnis spes nostra in arce collocata, nec iam quisquam in eam suspiciebat. nos igitur, rebus convasatis, ut illuc concederemus, si necessitas cogeret, et collectis rebus necessariis, quum aquam defecisse audissemus, distributa ibi copia, ad formidinem et preces redacti sumus.

Quis vero vindicaverit haec ab affinitate proditionis? etiamsi enim nulla illi cum hoste pactio (ponendum enim hoc est) nec praemiis

δοῖ τοῦ ἐμπελάσαι τόν τε ἀδελφὸν τήν τε μητέρα τοῖς τοῦ Ἀνδρονίκου ἀφύκτοις λίνοις, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τὸ ἄκρως ἀμελεῖν καὶ παρὰ φαῦλον τὴν τοσαύτην πόλιν τίθεσθαι καὶ τὸν ἐν αὐτῇ πάντα λαόν, καί που καὶ εὔχεσθαι τὸν στρατηγὸν ἐπιτμηθῆναι τὸν τῆς ἁλώσεως χρόνον, εἴ πως ἐκφυγὼν τὸ τοῦ βασιλέως πρόσωπον ἐς κόρακας πτερύξεται, συγγενὲς ἂν εἴη μάλα τῷ προδιδόναι, καί που καὶ χεῖρον, ὡς ἄν τις τοῦ λαλεῖν τεχνίτης ἐπαγωνίσαιτο. καὶ ὁ λογίζεσθαι συνετὸς ταυ- 287
τίζοι γοῦν ταῦτ' ἂν κατὰ τὸ σύστοιχον. οὕτω καὶ οἰακοστρόφος νεὼς οὐ κατὰ κυρείαν ἀλλὰ μισθοῦ εἰ τῷ κεφαλαιωσαμένῳ τὴν ναῦν ἐγκοτοίη ἐς ὅσον οὐκ ἔστι πλέον ἐπιτεῖναι, παραμένει μέν ποτε κινδυνευούσῃ, λαλεῖ δὲ ἀσυντελῆ καὶ πράττει οὐκ ἀρραθύμως, καὶ τὴν τέχνην εἰς τὸ πᾶν συστείλας ἀφίησι τὸ σκάφος προσαραχθῆναι σκοπέλῳ καὶ κατὰ βυθοῦ δῦναι αὐτῷ φόρτῳ καὶ ἀνδράσιν. οὕτω καὶ φύλαξ τελεσφόρου ἀμπέλου, καθάπαξ ἀποστυγῶν τὸν δεσπότην κατὰ μῖσος τέλειον, βοτρύων μὲν ἴσως ἅπτεται εἰς οὐδέν, συχνὰ δὲ πῇ μὲν κάτω περιοδεύει πῇ δὲ τοῦ σκοπευτηρίου γίνεται, καὶ ὧδε καὶ ἐκεῖ περιβλεπόμενος φαντάζει ἐπιμέλειαν, ὁρῶν δὲ τὴν τοῦ φραγμοῦ σύμπηξιν καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ἐπιβουλευσάμενά ποθεν οὐκ ἀποκωλύει, ἀλλ' οἷα καὶ ἀπονυστάζων διάκειται, ἀνύων μὲν οὕτω τὸ κατὰ τοῦ κτησαμένου τὴν ἄμπελον βλάβος, μελετῶν δὲ ὀμεῖσθαι τοῖς αἰτιωμένοις ὡς

emta gratia intercesserit, metu, ne frater et mater in insidias Andronici inevitabiles committerentur, profecto insignis ista negligentia, qua tantam urbem et civitatem universam pro nihilo dux habebat, quin imo expugnationis moram etiam contrahi cupiebat, si forte evitare adspectum imperatoris et recta hinc abire posset, admodum affinis proditioni et fortasse etiam peius quid erat, ut quis fortasse demonstraverit dicendi artifex. homo ratiocinandi peritus in eandem certe classem haecce retulerit. gubernator navis, qui non nauclerus idem, sed mercede conductus fuerit, si magistro navis succenseat, ut non possit magis, remanebit quidem in navi, si forte ea periclitetur, sed loquetur vana nec non segniter aget, omni denique studio prorsus intermisso, navigium scopulo impingi et pessum ire una cum onere virisque patietur. similiter rursus custos vineae, odio dominum Vatiniano abominans, uvas fortasse non attigerit, sed crebro vel infra collem inambulaverit vel continuerit se in specula, et hic illic circumspiciendo diligentiam simulaverit, nec arcuerit, securus, dum sepimentum et fossam videt, insidiantes alicunde fures, sed quasi somniculosus decubuerit, explens ita suum in dominum vineae odium, sed tamen iurare paratus, si quis accusaverit, nec discessisse se a vinea, nec

οὔτε φεύγοι τοῦ ἀμπελῶνος οὔτε κεκλόφοι οὔτ' ἀποδοίη, ἀφιεὶς δὲ τὸ οὐδὲ μὴν ἀμελήσοι, ὃ τὴν ἄμπελον ἀπηχρείωσε. ταῦτα δὲ τὰ καὶ τῷ Δαυῒδ ἐμφαινόμενα, δι' ὧν οὐ μόνον ὁ Ἀνδρόνικος ψέγοιτ' ἄν, δύσνουν ἑαυτῷ ἄνδρα καὶ βαθὺν πονηρεύσασθαι τηλικούτοις ἐπιστήσας πράγμασιν, ἀλλὰ καὶ ὁ Δαυῒδ ἀπελέγχοιτο μὴ ἂν ἔχειν διεκφυγεῖν γραφὴν τοῦ προδοῦναι. ἀνακεφαλαιώσασθαι γὰρ τὸ ἐπιχειρηθέν, οὔτε κυβερνήτης καραδοκῶν, εἴπερ ὁρμισθείη, ἀποβαλέσθαι τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸν δυστυχῆ σωτῆρα τοῦ Ξέρξου, ὀκνήσοι ἂν ῥαχίαις φθάσας προσαράξαι τὸ σκάφος, κύμασιν ἐκδούς, εἴ πως ἐκκολυμβήσας μόνος περιγενήσεται· καὶ ἀμπελῶνος δὲ φύλακα δαπανᾶν μὲν τὸ πιστευθὲν οὐκ εἰδότα, χόλῳ δὲ τῷ κατὰ τοῦ δεσπότου ἀφιέντα κλέπτεσθαι καὶ θηρίοις βλάπτεσθαι, οὐκ ἂν νοσφιζοίμην λέγειν προδοῦναι τὴν ἄμπελον.

Ὢ οἷον κακόν, ὦ Ἀνδρόνικε, μεγίστοις ἔργοις, καὶ κίνδυνον δεινότατον ἐπισυρομένοις εἴπερ ἀμεληθεῖεν, ἕνα τινὰ μόνον εἰς αὐτοκράτορα κεφαλὴν ἐφιστᾶν, καὶ αὐτὸν δὲ οὔτε λίαν ἐπιστήμονα τοῦ δρᾶν καὶ ὕποπτον δέ. ὦ Ἐπιμηθεῦ βασιλικέ, οἷον ἡμᾶς διέθου κακόν. ὦ ἀλυσιτελὴς ὑστεροβουλία. ὦ δυσανακλήτου καλοῦ ἀκίχητα ἐπιδίωξις. ὦ εἰκαῖος ἐκεῖνος μετάμελος. οὐκ ἔσχε γὰρ εἰς τέλος τὰ τοῦ Δαυῒδ οὐδὲ τὸν βασιλέα λαθεῖν. διὸ καὶ ἐξέστειλε μὲν ἐκεῖνος τὸν εἰς μνήμην ἤδη γραφικὴν ἀποτεθειμένον παρακοιμώμενον, οὐ

eius, cui obtigerat, ut defenderet eum cum militibus impigris, homini tum militari, postea laborum nobis socio: qui solus omnium relictus in urbe, specie quidem morbo impeditus, sed revera divina providentia retentus, et aerumnarum societate solatium nobis afferens, non pilum latum, ut aiunt, aberat, quin periret, nisi nos pili huius lineam quasi in amplam planitiem extendissemus auxilio dei sapientissimi, et, tempus nacti, dum furor placaretur barbarorum, adiutores illi fuissemus ad servandam, qua nunc fruitur, dulcem vitam.

Quum igitur ita murus ille damnum fecisset, ubi dies illuxit et hiatum illum Charonium tum hostes tum nostri viderunt, illi iam ferociter nobis inhiabant, nobis obmutescentibus omnis spes praeclusa est. dux adhuc animosus fuerat, iactaveratque coram iis, qui bene intelligerent, murum eversum iri, etiamsi ille concidisset, se tamen optimis ex exercitu delectis, murum excitaturum ferreum armorum et in diem usque quadragesimum urbem servaturum. tum autem iste verbis atrox bellator, ruina muri perterritus, iactantiam distulit declinavitque iam eundem se praestare. simulatque enim hastam hostilem supra ruinam conspexit, in murum egresso quodam e nautis,

μων, οὓς ἀνδρικοὺς τὰ τοιαῦτα καὶ δεξιοὺς ἡ τοῦ Σιφάντου ναῦ ἐπλώϊζε (πειρατὴς δὲ ὁ Σιφάντος, ἑκὼν προσχωρήσας τοῖς Σικελοῖς κατά τινα ῥήτρην τὴν συνδόξασαν· ὃς καὶ ἡμᾶς ἑλὼν ἐξένισε — ῥητέον γὰρ οὕτως — ἐπὶ νεὼς τῆς κατ' αὐτόν, ὡς καὶ ὑποκαταβάντες λόγῳ βραχὺ παραστησόμεθα), ἅμα γοῦν οὕτως. εἶδεν ὁ τρέσας Δαυΐδ, καὶ ἅμα κατόπιν βαλὼν τὰς ἀνδρικὰς ὑποσχέσεις καὶ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας εἰς οὐδὲ λεπτὸν συστείλας ὥρας ἔδειξε μετάφρενα τοῖς ἐχθροῖς. καὶ τῶν στρατιωτικῶν φωνούντων λεωφορουμένῃ βοῇ τὸ "Κομνηνέ, στάμα καὶ πέζευμα," ὁ δ' ἐπιτελεύτιον οἷον ἀντιμίξας τὸ "καβαλλίκευμα," καὶ τὸ "κυθά με βλέπετε," ἐπόθει μὲν ἴσως παρατυχεῖν που τὸ τηνικαῦτα Πήγασόν τινα, δι' οὗ πτερύξεται εἰς ὄρος εἴθε ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης, ἠρκέσθη δὲ ὅμως τῇ φίλῃ ἡμιόνῳ, ἣ καὶ τότε φέρειν αὐτὸν ἔλαχε. καὶ παραδειγματικῶς προφεύγων, τρυφερὸς ἰδεῖν, εὔυφος τὴν ἀναβολήν, ἄτριπτος ὅπλοις τὰς χεῖρας, γυμνασίῳ πρέπων, ἀμίαντος αἵματι, εἶχεν ὡσεὶ καὶ κτίλος ἑφεπομένους τοὺς ἅπαντας παρά τι ὀλίγον. ἦσαν γὰρ ἐν τοσούτῳ πλήθει καὶ μεγάθυμοι ἄνδρες, οἳ καὶ ἀντισταθέντες ἐν τῷ τὸν στρατηγὸν ἄνετα διώκειν ἑαυτὸν εἰς φυγήν, οἱ μὲν ἔπεσον μακαρίως καὶ εὐγενῶς, οἱ δὲ γενναῖα δράσαντες ἐνδεδώκασιν, ὅπου γε καὶ τὸ πολεμικὸν ἐκεῖνο δόρυ καὶ οἱ συνα-

12. τὸ] τοῦ T

quos fortes ad talia et strenuos navis Siphanti vehebat (erat autem pirata Siphantus, qui ultro Siculis se adiunxerat, conditiones quasdam pactus, quae utrisque placuerant: qui idem postea captos nos benigne — dicendum est enim, quod verum est — in navem suam recepit, quemadmodum mox paucis commemorabimus) Davides igitur trepidus iste simulatque id vidit, longe relictis promissis suis splendidis, et contractis in minutissimam partem horae diebus quadraginta, hostibus tergum dedit, atque militibus clamore in circo usitato vociferantibus "Comnene, consiste, descende," ille quasi metam consecuturus "quod bene vertat, caballe" obstrepit, et "me intueminor." optabat, credo, adesse sibi tum Pegasum quendam, quo evolaret in montem sive undas aestuantis maris, contentus tamen erat dilecta sibi mula, quae forte tum quoque illum vehebat, et mirae speciei fugitivus, delicatus vultu, vestitu elegans, armis nihil attritus, decorus habitu, cruore non pollutus, vervecis instar cunctos exiguo intervallo se sequentes habebat. fuerunt enim in tanto numero etiam generosi viri, qui, dum dux impigre fugae se mandat, hostibus obnixi partim pulcre et honeste ceciderunt, partim animose proeliati pedem retulerunt, quum et hostis ille hastatus et qui alii barbari una cum

ναβάντες τὴν ἀρχὴν βάρβαροι κατεσείσθησαν ὑπό τινων ἡμετέρων πολιτῶν, οὔκουν γε στρατιωτῶν. οἱ δὴ πολῖται καὶ 293 *κατὰ κράτος ἀντέσχον, ἕως κυκλωθέντες εἶδον κίνδυνον, οὐ πτυρέντες δείματι πανικῷ τῷ τοῦ Δαυΐδ, ἀλλὰ μεμνημένοι βλάπτειν ἔσω μάλιστα πόλεως οὓς καὶ ἐκτὸς ὥρμαινον σίνεσθαι, εἴπερ ἀφίεντο. ὃ δὲ ἐτροχαλώθησαν οὗτοι κύκλωμα, οὐκ ἐκ τῶν ἄνωθεν ἦν ἀλλὰ τῶν εἰσδραμόντων βαρβάρων ἐκ τῶν ἑῴων πυλῶν· ἃς ὁ στρατηγὸς ἀνεῳγμένας ἕωθεν τοῖς ἐχθροῖς ἐχαρίσατο εἰς παρείσδυσιν ἄπονον, ἐπειδὰν ἐγχειρήσας φυγεῖν ἐπέτρεψε τῷ κατεπανανεύοντι συναναφεύγειν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, ἐάσαντα τὰς πύλας, αὐτὸν δὴ τὸν ἐκείνου φάναι λόγον, πυρέσσειν, ὡς οἱ ἀκηκοότες διδάσκουσιν.*

Οὕτω δὴ οὖν τοῦ πολεμικοῦ δόρατος ἀναφανέντος ἐπὶ τοῦ τείχους, ἤδη ἐψιλωμένου τῶν ἡμετέρων (λέγω δὴ τοῦ ἑῴου· τὸ γὰρ δυσμικὸν οὐ τοιούτους εἶχε προμάχους, ἀλλὰ τῶν τινὲς ἐκείνων ἀντεῖχον ὡς οὐκ ἂν εἴη ἀνδρικώτερον· ὧν ἐν τοῖς μάλιστα Λέων ὁ Κουταλᾶς, καὶ φρενῶν καὶ ῥώμης καὶ ἀνδρίας πλήρης ἀνήρ, ὃς ἕως καὶ περὶ πλήθουσαν ἀγοράν, τῆς πόλεως ἤδη μεμεστωμένης ὧν οὐκ ἠθέλομεν, ἀντιστάς, εἶτα πρὸς οὐδενὸς ἔχων ἐπικουρίαν καθυφῆκε, καὶ εὐτυχῶς γυμνωθεὶς ἐκέρδανεν ἑαυτὸν εὐκλεῶς, τότε μὲν πολλὰ κεκλαυμένος ὑφ' ἡμῶν, ἄρτι δὲ ἐν τοῖς τῶν ἐπαινουμένων πρώτοις ταττόμενος παρά γε ἡμῖν οἵπερ οἴδαμεν) — τοῦ τοίνυν ὕψου,

9. *κατεπανεύοντι?*

illo primum escendissent, deiecti essent a quibusdam nostris civibus, non militibus: qui quidem cives strenue restiterunt, donec cincti periculum animadverterunt, haud terrore panico Davidis perturbati, sed intra urbem maxime laedere gestientes, quos etiam extra moenia vexaturi erant, si dimitterentur. verum globus ille, quem hi compellebant, barbarorum erat non a superiori parte ingruentium, sed irrumpentium per portam orientalem: quam dux prima luce hosti apertam reliquerat ad facilem introitum, siquidem fugam meditatus centurioni mandaverat, ut in arcem evaderet et portam, ut ipsius verbo utar, calere sineret, quemadmodum testantur, qui audierunt.

Ita igitur hasta hostili supra murum elata, nostris iam vacuum militibus (murum orientalem dico: occidentalis enim non habebat tales propugnatores: sed illorum nonnulli pugnabant, ut nemo generosius: in quibus maxime Leo Coutalas fuit, vir prudentia, robore et virtute eximius, qui, quum toto fere mane, urbe iam referta quibus non placebat barbaris, restitisset, tandem a nemine adiutus pedem retulit et prospere armis exutus lucrum sui fecit honestissime, tum quidem multum deploratus, sed nunc in beatorum primis numeratus

ὡς ἐῤῥέθη, φανέντος δόρατος ἐκείνου τῇ συνήθει μετακλίσει καὶ κατακύψει ὡσεὶ καί τινι κατανεύσει κεφαλῆς ἢ καὶ χειρὸς νεύματι μετακαλουμένου τοὺς ἔξω, βραχύ τι ὥρας μέσον ἦν, καὶ ἡ πόλις πλήρης ἦν τῶν πολεμίων, περιάγοντος Αὐγούστου τετάρτην καὶ εἰκοστὴν ἡμέραν ἐξ ὅτου ἐνέστη, πρῶτα μὲν τῶν τοῦ ναυτικοῦ, εἶτα κατὰ συνάφειαν καὶ τοῦ ἱππικοῦ.

Καὶ ἦν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τότε οὐκέθ' ἡμέραν ἀλλὰ νυκτὶ ἐοικυῖαν, καὶ οἷον παθαινομένην καὶ σκυθρωπάζουσαν ἐφ' οἷς ἑώρα. ὁμίχλη γὰρ αὐτὴν βαθεῖα ἐπάχυνεν ὡσεὶ καὶ ἐκ κονιορτοῦ, ὃν ἢ τυφὼς αἴρει ἢ πόδες ζώων, ἅπερ ἀριθμὸς μετρεῖ ἀπειροπληθής· ὡς εἶναι εἰπεῖν, ὀκνεῖν λάμπειν τὸν ἥλιον οἷς αἱ τῶν ὅπλων ὑπερηύγαζον αὐτὸν λαμπρότητες, παρῳδῆσαι δὲ καὶ ἐκ παλαιᾶς Μούσης "ὀκτωκαίδεκα μὲν πλέεν ἤματα ποντοπορεῦον" τὸ τῆς πόλεως σκάφος, "ἐννεακαιδεκάτῃ δ' ἐφάνη οὔρεα σκιόεντα," δι' ὧν ὁ τῆς ζωῆς ἡμῖν ἥλιος ἀποτειχιζόμενος ἐμέλαινε σκιὰν ἐπικαλύψουσαν ἡμᾶς ψαλμικῶς. οἱ δὲ χθὲς καὶ πρῴην ἀλαλαγμοὶ καὶ αἱ κατὰ πόλεμον βοαὶ καὶ ὁ ἐντεῦθεν θροῦς οὐκέτ' ἦσαν, ἀλλ' ἀντιστρέψαντα τὸ ψαλμικόν, οὐκ ἦν ἀλαλαγμὸς ἐν τοῖς ἡμῶν πλήθεσιν. εἶδες δ' ἂν καὶ ὀρνέων πετομένων κενὸν τὸν ἀέρα, οὐκ οἶδ' εἴτε διὰ τὸ τοῦ ἀέρος στυγνὸν εἴτε καὶ ὅτι φρικτὸν ἦν καὶ ἐκείνοις τὸ πρᾶγμα. ἡμέραι γοῦν ἱκαναί, καὶ οὐδαμοῦ οὔτε

19. *ἀντιστρέψαι?*

a nobis quidem, qui eum noveramus) — hasta illa igitur, ut dictum est, supra murum elata et solita flexione et inclinatione tanquam nutu capitis manusve advocante eos, qui foris erant, exiguo temporis intervallo urbs hostibus impleta erat, die mensis Augusti quarto et vicesimo, primum classiariis, subinde etiam equitibus irruentibus.

Erat autem dies ille non iam diei, sed nocti similis, et quasi obscurus tristisque propter ea, quae cernebat. nebula enim densa obscurabatur tanquam pulvere, qui turbine vel pedibus animalium innumerabilium excitatur: ut quis dicere possit, solem lucere desisse, quod lucem suam superaret fulgor armorum, vel adhibere vetustae Musae illud "octodecim equidem dies mare transnavigabam" scapha scilicet urbis, "undevicesimo autem comparuerunt montes umbrosi:" quibus absconditus sol umbram diffundebat, nos ut in psalmis est, obscuraturam, hesternae autem et pristinae quiritationes et clamor bellicus et inde ortus tumultus non iam audiebantur, sed, contra psalmistam, non erat eiulatus in concionibus nostris. cerneres etiam aerem avibus vacuum, nescio, propterne tenebras coeli, an quod terribilis illis quoque calamitas videretur. dies certe complures praeterierunt,

στρουθοὶ οὔτε πέλειαι οὔτε κόρακες, οἳ τῇ καθ' ἡμᾶς πρῴην ἐπεχωρίαζον, οὔτε ἄλλος τις ὄρνις τὸν ἀέρα διενήχοντο, ἀλλ' ἐκτετοπισμένα ἐνέμοντο καὶ ἡμῖν ἄφαντα. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ μετὰ τὴν ἅλωσιν ἐφ' ἱκανόν, οἷα τοῦ δέους καὶ τοῖς ἀλόγοις παραμένοντος· ἡμέραι γὰρ ὕστερον συχναί, καὶ αἱ μὲν ἄμφοδοι τῆς πόλεως ἔπληθον σπορίμων παντοδαπῶν, οἷς χαίρουσιν οἱ τῶν ὀρνίθων σπερμοφάγοι (τὸ βάρβαρον γὰρ οὐκ ἀνίει ἁρπάζον καὶ κατακενοῦν), ὄρνις δέ ποθεν οὐ κατέβαινε. τούτου δὲ οἶμαι καινότερον ἐκεῖνο ἦν, ὅτι περ ὑετοῦ καταρραγέντος, καὶ ἐξ ὧν οἱ ἐχθροὶ ἐσκόρπιζον, ἀροῦντες μέν, οὔκουν 'σπείροντες δὲ τὸ καλὸν ὅλον ἄστυ, λῃΐων ὥσπερ ἀναφυέντων συχνῶν καὶ εἰς μῆκος ἐπιδεδωκότων, οὐδὲν ζῷον ποηφάγον ἐκεῖθεν ἐκέρδανέ τι, ἀλλ' εἶχεν αἵρεσιν κόνεως ἐρέπτεσθαι ἤπερ ἐκ τῶν βεβλαστηκότων φαγεῖν ὡς ἢ πεφαρμαγμένων οἷς τὸ περιέχον μεμίαντο, ἢ καὶ ὅτι κατὰ τοὺς ᾠκειωμένους, ὡς λόγος, τῷ πάλαι Διομήδει συνεμίσουν τὸ βάρβαρον καὶ αὐτοί, οἷα μὴ ἐθάδες ἐκείνων.

Καὶ τοιοῦτον μὲν καὶ τοῦτο, παραρριφὲν οὐ περιττῶς εἰς συγγραφήν· ἡ δὲ πόλις εἰσπηδησάντων τῶν ἀντιμάχων ἔπασχεν ὅσα φιλεῖ δρᾶν ἄγριος πόλεμος. καὶ οἱ μὲν ἡμέτεροι, οὐχ ὁ μὲν ὁ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντες ἔφευγον ἀμεταστρεπτὶ καθ' ὑπεξαίρεσιν εὐαριθμήτων τινῶν, ὅπερ ἔφαμεν· ἐν οἷς

quum nec passeres nec columbae nec corvi, qui ante nos visere solebant, nec alia avis usquam per aerem vagaretur, sed avolaverant et e conspectu evanuerant. atque hoc quidem etiam post captam urbem manebat aliquamdiu, timore quippe etiam pecoribus constrctis. dies enim multi abierunt, dum viae urbis repletae sunt granis variis, quae aves granis vescentes amant (barbari enim non cessabant cuncta rapere et vastare), nec ulla avis usquam comparuit. res autem etiam mirabilior haec erat, quod, quum imber largus defluxisset et ex iis, qnae hostes, arantes illi quidem, non serentes, venustissimam nrbem universam, disperserant, quasi segetes luxuriosae enatae essent et in altum crevissent, nullum animal gramine pascens quidquam inde carpebat, sed pabulum e pulvere anquirere, quam illa vesci herba malebant, sive quod aversarentur eam quasi venenatam, rebus quippe omnibus circum infectis, sive quod, secundum fabulam illam de prisci Diomedis animalibus, ipsa quoque barbaros, utpote haud illis assueta, odissent.

Atque haec quidem hactenus, non praeter rem narrationi nostrae interposita. urbs interim, irruente hoste, passa est, quae atrox bellum parare solet. nostri autem, non passim singuli, sed cuncti sine respectu fugiebant, paucis aliquot exceptis, ut diximus: in quibus

καί τις Βολέας τῶν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ξυνοικίας, ὃς ἐγγὺς ἐς τριάκοντα τοὺς μὲν ἀξίνῃ διχάσας τοὺς δὲ καὶ ἄλλως εἰς τὸ ζῆν ἀχρειώσας πολλῇ σπουδῇ τῶν πολεμίων τὴν μητέρα γῆν ἠσπάσατο. αἰσχύνη καὶ αὐτὸ τοῦ Δαυΐδ, ὃς μὴ ἄν ποτε φυγεῖν ἀπομνύς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ αὐτοῦ ξίφει πεσεῖν, εἶτα προυτράπετο σωθῆναι λύθρῳ ἄχραντος. καὶ ἦν ἡ καθιστορουμένη φυγὴ οὐκ ἀσύντακτος, ἀλλ' ἐνδόντος ἀρχάς, ὡς προεκτέθειται, τοῦ κορυφαίου στρατηγοῦ· ὃς εἴπερ ἔδειξε πρόσωπον τοῖς ἐχθροῖς, ὡς ἐνεκελεύοντο οἱ τῶν συμφευγόντων γενναιότεροι, συνούλωσεν ἂν ταχὺ τὸ τραῦμα τῆς πόλεως. οἱ δὲ τοῦ πολεμίου στίφους ἔκαμνον καὶ ῥίπτοντες τοὺς φεύγοντας καὶ σαττόμενοι λάφυρα. καὶ ἐχρῆν μὲν ἐν τούτοις ἄβλητόν τινα καὶ ἀνούτατον ἐκ μετεώρου ποθὲν τὴν μάχην σκέπτεσθαι καὶ παρασημαίνεσθαι, τοῦ θεοῦ βελέων ἀπερύκοντος ἐρωήν· ἄνθρωπος γὰρ ἐνδεθεὶς τοιούτῳ κακῷ, καὶ πρὸς ἑαυτῷ τὰ μάλιστα τὸν νοῦν ἔχων, οὐκ ἂν σχοίη ἀκρι-
294 βῶς τὸ πᾶν συγγράψασθαι, πλὴν εἰς ὅσον τὰ καίρια, ὧν τε ἔμαθε καὶ οἷς αὐτὸς πολυτρόπως ἐπέστησεν.

Ἡμεῖς οὖν τῆς μὲν ἀκροπόλεως ἀπογνόντες διὰ τὴν τοῦ ἐκεῖσε ὕδατος ἐκδημίαν, ἧς ὁδηγὸς ὁ στρατηγὸς γέγονε, καὶ τὴν ἀναγκαίαν ἀποσκευήν, ἣν προεμηθευσάμεθα ἡμῶν τε αὐτῶν χάριν καὶ τῶν περὶ ἡμᾶς, διανειμάμενοι, ὡς καὶ προπέ-

14. ἀπερυκότος T

Boleas quidam e collegio clerico fuit, qui, prope triginta hostibus partim securi percussis partim alioquin mutilatis, aegre tandem ab illis superatus, terram matrem amplexus est. fuit autem etiam illud dedecori Davidi, quod, nunquam se fuga salutem quaesiturum, sed in gladium se suum daturum esse iuratus, mox tamen servari maluit cruore haud pollutus. neque erat fuga, quam exponere coeperam, incomposita, sed praeeunte, ut dixi, summo duce suscepta est: qui si obstitisset hosti, ut suadebant fugientium generosiores, facile cicatricem obduxisset vulneri urbis. hostium turba interim gnaviter et feriebat fugientes et praeda se onerabat. ac debuerat aliquis in tanto tumultu salvus et integer e loco aliquo superiori pugnam spectare et consignare litteris, deo defendente vim telorum; nam qui, tanta ipse implicatus clade, ad suam maxime salutem attenderit, non possit accurate omnia describere, nec nisi quae opportune cognoverit audiendo aut quibus ipse passim interfuerit.

Nos igitur, quum de arce desperaremus propter aquae penuriam, cuius auctor dux exstiterat, supellectile necessaria, quam in nostrum et nostrorum usum comparaveramus, distributa, ut supra monitum est, curae non habuimus in sacrum sepulcrum sancti unguentum exsu-

φρασται, μερίμνης δὲ θέμενοι ἔξω καὶ τὴν εἰς τὸν ἅγιον τάφον τοῦ μυροβλύτου καταφυγήν, ἔτι δὲ καὶ τὴν εἰς ἑτέρους θείους ναοὺς (οὐ γὰρ δήπουθεν ἐλάνθανεν ἡμᾶς ὡς πάντων τῶν φευγόντων ἐν τοῖς τοιούτοις ῥυϊσκομένων πολλοὶ παρασυρήσονται τοῦ ζῆν ὠθισμοῖς καὶ τοῖς ἐντεῦθεν πνιγμοῖς), καὶ τῷ οἴκῳ παραμείναντες ὃς περιᾴδεται ζῶντα ἐκθεραπεύειν τὸν ἅγιον, καὶ πολλὰ καὶ μυρία κακὰ καὶ τεθεαμένοι καὶ πεπονθότες, ἐφ' οἷς θαῦμα περίεισιν ἡμᾶς ὅπως ἀντέσχομεν, τέλος τοῦ πώγωνος, ὅ φασιν, ἑλκυσθέντες ἀπηγόμεθα διὰ ξιφῶν μυρίων ἀνατεινομένων καὶ φρισσόντων ὡστεὶ καὶ λήϊον πεπυκνωμένων ἀσταχύεσι. καὶ ὠθούμενοι μὲν καὶ κονδυλιζόμενοι καὶ ὕβρεις οὐ τὰς ἐν ἔθει μανθάνοντες μακάριον τὸ πάθος ἐκρίνομεν, εὐχόμενοι ἐν τοιούτοις εἶναι· ὅτε δὲ καὶ σπάθη καθ' ἡμῶν ἐγαυροῦτο, καὶ παραξιφὶς ἐπλαγίαζεν ὡς εἰς σπλάγχνα βάψουσα, καὶ δοράτια τὰ μὲν ἔνθεν τὰ δ' ἐκεῖθεν τῶν πλευρῶν εὐθύνοντο ἀπειλητικῶς, ἀλλ' ἐνταῦθα εὐχαὶ καὶ μόναι ἀντέκραττον βύθιαι· προσενεγκεῖν γὰρ αὐτὰς πῶς ποτὲ ἦν;

Καὶ ἕως μὲν καὶ τοῦ πολιτικοῦ καθ' ἡμᾶς ἱπποδρόμου τοιαύτη διάθεσις ἡμᾶς εὔθυνεν· ἐκεῖ δὲ τὸν ἤδη ἀποτεθέντα εἰς μνήμην Σιφάντου εὑρόντες, εὔιππον ἑστηκότα μετά γε καὶ τοῦ Μαυροζώμη, καὶ σκεπτόμενον τί ἂν ἕλοι, μεθειλκύσθημεν ὑπ' αὐτοῦ, λόγῳ μὲν τῷ μὴ ἐπὶ πλέον κόπον σχεῖν

dantis aut templum aliud confugere (neque enim nobis ignotum erat, si cuncti profugi in ecclesias confluxissent, multos pressu suffocatos perituros esse), sed in domo nos continuimus, quae vivum facere sanctum fertur, atque miserias infinitas et intuiti et perpessi, quas superasse nos miramur, postremo barba, ut aiunt, abstracti per enses innumerabiles strictos horrentesque tanquam segetem spicis spissam deducebamur. itaque dum contundimur et vellicamur et contumelias haud vulgares experimur, beatam tamen eam miseriam ducebamus, gaudebamusque, quod ita affligeremur; quum autem enses in nos destringebantur, et pugio ex transverso nobis intendebatur tanquam in viscera abscondendus, et hastae hinc illinc lateribus imminebant, tum vero non nisi preces in imo pectore volvebamus: proferre enim illas quomodo potuissemus?

Ducebamur autem isto modo ad hippodromum usque urbis nostrae; ibi autem quum invenissemus beatae iam memoriae virum, Siphantum, generoso equo insidentem cum Maurozoma et circumspicientem, quid ageret, excepti ab eo sumus, ne scilicet diutius affligeretur episcopus, revera autem, ut alia peiora experiremur. nam

τὸν ἀρχιεπίσκοπον, ἀληθῶς δὲ ἵνα δευτέρων χειρόνων πειρασώμεθα. βραχὺ γὰρ ἐκεῖσε τὰ γόνατα κάμψαντες ἔν τινι μικροκαλύβῃ καὶ ξηροῦ ἄρτου ἀποδακόντες, ἵνα ὕδατος ἐμπιώμεθα (ἦν γὰρ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἐν ἡμῖν, ὡς καὶ πάντα τὰ ἐντός), εἶτα κατὰ τιμὴν μυαρίου κελευσθέντες ἐπιβῆναι (μὴ γὰρ οὐ τοιοῦτον ἐκεῖνο τὸ ἱππαρίδιον;), πεισθέντες τῷ ἐπιτάξαντι καὶ ἀνατεθέντες εἰς ἐκεῖνο ἠγόμεθα ἔνθα τὸ ναύσταθμον, μετὰ καὶ γωρυτοῦ καὶ φαρέτρας, ἅπερ ἡ σελλὶς ἔτυχε φέρουσα.

Ὦ μοι τῶν ἐντεῦθεν κακῶν. ὡς γὰρ μὴ ἀρκεσάντων τῶν νεκρῶν δι' ὧν πεζεύων ὥδευσα θερμοῖς ἀτμιζόντων αἵμασι, διὰ σωρείας ἑτέρων ἱππότης περιηγόμην, ὧν οἱ πλείους κατεστρωμένοι πρὸ τοῦ τείχους ἔκειντο οὕτω πεπυκνωμένοι ὡς τὸ ἱππίδιον ἢ μὴ ἔχειν ὅποι γῆς θήσει πόδα, ἢ ἀλλὰ μεταξὺ τῶν [τε] προσθίων ποδῶν δύο ἢ τρεῖς ἔχειν ὑποκειμένους νεκρούς. τῆς δὲ δυσκολίας τῆς τῶν πυλῶν ἐξόδου ἐν οὕτω μυρίοις Ἀγριολατίνοις, καὶ ὅσα δὲ ἔξω ἕως καὶ εἰς τοὺς λιμένας, ἐγὼ μὲν ἐδάκρυσα καὶ οἱ βλέποντες Χριστιανοί, οὐκ ἂν δὲ αὐτὰ ἐκθήσομαι, ἵνα μὴ ἐν οἷς ἐπιτέμνειν ἐθέλω περιττολογῶ. ταῦτα καὶ μόνον κεφαλαιώσομαι, ὅτι τέσσαρας χρυσίνων χιλιάδας ἐγκρατῶς ἐζητήθημεν οἱ μηδὲ ψαμμίων ἢ χοὸς δράκα ἢ τὸ καθομιλούμενον σίελον ἐπὶ στόματος ἔχοντες, ἀκούσαντες καὶ ὀλίγα ταῦτα εἶναι ἐξ ἀν-

quum paulisper ibi in craturiolo reclinati mandissemus panem aridum et aquam imbibissemus (ardebat enim cor et omnia intestina), deinde honoris causa musculum conscendere iussi (annon talis iste erat equulus?), obtemperavimus imperio, et in animal sublati ad stationem navium deducti sumus, cum receptaculo arcus et pharetra, quae in sella forte suspensa erant.

Proh mala, quae deinde secuta sunt! quasi enim satis non essent cadavera, per quae pedes transissem calido sanguine fumantia, per acervos cadaverum eques circumducebar, quorum plurima ante moenia ita densa proiecta iacebant, ut equus non haberet, ubi pedem poneret, sed inter pedes anteriores tria quatuorve cadavera calcaret. horridum e portis exitum inter tantam innumerabilium Latinorum atrociam, et reliqua deinceps usque ad portum, deflevi equidem cum Christianis, qui ista viderunt, ceteris, exponere non conabor, ne multus esse videar in iis, quae nonnisi attingere decet. hoc tantum commemorabo, modeste nos quattuor millia numum aureorum rogatos esse, qui ne manipulum quidem sabuli vel pulveris vixque salivam in labiis haberemus, atque audisse, etiam parvam illam summam in

θρώπου ὃς ἀρχιεπισκοπὴν περιέπει κεντηνάρια ἐς ἑκατὸν (ὢ πλούτου) ἔτους ἑκάστου δωροφοροῦσαν αὐτῷ· καὶ ὅτι ἐν τῇ τοῦ Σιφάντου νηΐ, ὡς ἦν ἐγχωροῦν, ἀναπαυσάμενοι τῇ καραδοκίᾳ τῶν χιλιάδων ἃς ἡμῖν ἐπέγραψαν οἱ μεγαλοπρεπεῖς πειραταὶ (αὐτὴ γὰρ ἡμῖν κατάλυμα πρῶτον εὐτυχήθη, αἰχμαλώτων γέμουσα κατὰ τὰς λοιπὰς ἁπάσας, οἳ καὶ γοᾶσθαι ἡμᾶς ὀργῶντες αὐτὸ μὲν ποιεῖν οὐκ εἶχον τόλμαν, ὡσίουν δὲ τὸ πένθος προσώπου συναγωγῇ πρὸς σκυθρωπότητα καὶ δυσωπίᾳ ἐκθλιβούσῃ δάκρυα, ὁποίοις καὶ ἡμεῖς, ὁ κατ' ἐκείνους δυστυχὴς φόρτος, αὐτοὺς ἠμειβόμεθα· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ προσφωνῆσαι ἐξῆν). — ἐν τοίνυν τῇ τοιαύτῃ νηΐ τότε καταπαύσαντες τῇ ἐπαύριον μετὰ τιμῆς ὁμοίας ἀνήχθημεν εἰς τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον· ἔνθα θῆρα εἰκονομάχον, Γελίελμόν τινα, ὃς ἐκ τῆς Νικαέων διέδρα τὸν Ἀνδρόνικον, ὁ τόπος ἡμῖν ἐξέφηνεν, ἄγριον ἐκεῖνον καὶ οἷον θανατοῦν καὶ προτοῦ ἐμφαγεῖν· ὃς οἷά τις Ἐριννὺς τραγῳδική, ἔχων κατ' ἐκείνην καὶ δᾷδας, ἐρεβοδιφήσας ἡμᾶς (ἦν γὰρ ἤδη νύξ), καὶ εὑρὼν ἔνθα γῆς ἐκοιταζόμεθα, οὐ πρὸς ὕπνον (ἐπτερύξατο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐξ ἡμῶν ἐπὶ νύκτας ἤδη πολλὰς) ἀλλ' ὅτι μὴ εἴχομεν ἢ καθῆσθαι ἢ ἵστασθαι οἷα πολυημέροις καταπεπονημένοι κακοῖς, ἀνάθεμα πρὸς βοὴν συχνὰ ἐβαρβάριζε κατά τι κακὸν φροίμιον τῷ μὴ φονεύσαντι ἡμᾶς, παρόντος καὶ ἀγαθοῦ τινὸς ἀδελφοῦ αὐτῷ ἐξ οὗ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων τὸν θῆρα ἐμάθομεν

eo esse, qui archiepiscopatum administraret, ad centum centenaria (ah divitias!) quotannis illi praebentem; deinde in navi Siphanti requiescentes, ut licebat, et argentum, quod nobis imperaverant superbi piratae, expectantes (illud enim nobis primum deversorium contigit, captivis refertum, ut ceterae naves, qui nos miserari. quamvis cuperent, non audebant, sed dolorem tamen vultu ad tristitiam composito et lacrimis moestitia expressis significabant: id quod etiam nos vicissim faciebamus, aeque atque illi homo calamitosus: nam ne alloqui quidem quemquam licebat) — in illa igitur navi tum nocte transacta, postero die aeque honorifice ad Alexium Comnenum deducti sumus: ubi feram imaginibus infestam, Gelielmum quendam, qui e Nicaeensium civitate Andronicum effugerat, invenimus, hominem ferocem et quasi prius necare solitum, quos devoraret: qui furiae tragicae instar, facem etiam, ut illa, manibus tenens, per tenebras (iam enim nox erat) nos quaerebat, et quum invenisset, ubi cubaremus non ad somnum capiendum (qui iam multis nos noctibus fugerat), sed quia nec stare nec sedere poteramus, multorum dierum aerumnis exhausti, frequenter barbaro quodam carmine exsecrabatur, quicunque nosnon occidisset. comitabatur illum autem bonus quidam frater, ex quo feram istam in imagines

μαίνεσθαι. ὡς δὲ ἡμεῖς ἠρόμεθα τί τὸ αἴτιον τοῦ φονευτέους ἡμᾶς εἶναι, πρῶτα μὲν θυμωθεὶς αὐτὸς εἰς πλέον ἐπέκρινεν ὡς, εἴπερ αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἡμῖν περιέτυχεν, οὐκ ἂν ἄρτι κεφαλὴν εἴχομεν, εἶτα καὶ αἰτιολογήσας τὸν καθ' ἡμῶν θυμόν, ἐπέραινε τὴν αὐτοῦ σοφίαν εἰς τὸ ἀπίστους ἡμᾶς εἶναι θεῷ οἷα τῷ Ἀνδρονίκῳ πιστούς· πρὸς ἅπερ ἡμεῖς ὑπουλευσάμενοι, καὶ ποικίλα λαλήσαντες ἢ λαλαγήσαντες πρὸς ἄν-
295 *δρα μαινόμενον (ἠγαπῶμεν γὰρ ἔχειν κεφαλήν), μόλις ἐξημερώσαμεν τὸν ἀτίθασσον, ὡς καὶ ἀσπάσασθαι ἡμᾶς καὶ εἰς χεῖρα φιλήσαντα οἴχεσθαι.*

Καὶ οὕτως ἡμεῖς τε νύκτα καταθετικὴν εὕρομεν, τῶν ἐκείνου δᾳδων καὶ λάλων ἀπαλλαγέντες χειλέων, καὶ οἱ συγκατεστρωμένοι αἰχμάλωτοι ἐς Κομνηνοῦ. καὶ διαγαγόντες ἐκεῖ μετὰ τῶν συναιχμαλώτων ἡμέρας ὀλίγας, καί τι καὶ ἐλεηθέντες εἰς τροφήν, ναὶ δὲ ὑπό τινος τῶν ἐκείνου καὶ εἰς χάλκεα κέρματα, ὧν ἡ δόσις ἡμῖν τηνικαῦτα εἰς θησαυροὺς ἐνεγράφη Κροίσου (καὶ ἐλεήσαι ὁ θεὸς ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον), εἶτα καὶ εἰς τοὺς κόντους, εἰπεῖν δὲ συνηθέστερον, κόμητας (μισῶ γὰρ τὸ ἀκράτως βάρβαρον) ἐκομίσθημεν.

Ἔτι κεφαλαιώσομαι καὶ ὅτι ἀεθλεύσαντες μακρὰ καὶ ἐκεῖ, μόλις μετὰ καὶ ἡμέρας μετρίας τῷ τοῦ ἁγίου οἴκῳ ἀποκατέστημεν· καὶ ὅτι εὑρόντες ἐκεῖ φῦλα Λατινικά, καὶ ἑτεροίων δὲ ἀνθρώπων γέμοντα ἰδόντες τά τε ἄνω τά τε κάτω, ἐξ ἀνάγκης ἐγενόμεθα τοῦ κατὰ τὸν οἶκον κηπι-

saevire cognovimus. itaque quum quaesivissemus, quid causae esset, cur occidendi videremur, primum etiam vehementius exacerbatus, respondit, si ipse statim ab initio nos invenisset, non iam nobis caput salvum futurum fuisse, deinde causas, cur odio nos haberet, explicans, doctrinam suam eo deduxit, ut nos adversus deum perfidos, quippe fidos Andronico diceret: contra quae nos tecte disputando et varia cum illo loquendo fabulandoque (carum enim nobis caput erat) aegre tandem ita mitigavimus hominem ferocem, ut amplecteretur nos et manum deosculatus discederet.

Ita noctem quietam tum ipsi nacti sumus, illius facibus nugisque liberati, tum captivi ceteri nobiscum cubantes in aedibus Comneni. ibi cum sociis captivitatis dies aliquot versati et nonnihil sustentati cibo, a quodam domesticorum adeo numis aeneis donati, quo dono tum divitias Croesi nacti nobis videbamur (misereatur utinam vicissim illius hominis deus), postremo ad contos, sive, ut usitatius dicam (odi enim sermonis nimiam barbariem), comites deducti sumus.

Memorabo hoc quoque tribus verbis, multa illic quoque perpessos nos vix tandem post aliquot dies in aedes sancti nostri restitutos

δίου, καὶ ἐπιδόντες ἑαυτοὺς πεσσουλίῳ τοῦ ἐκεῖσε βραχυτάτου λοετροῦ ἐκείμεθα, χόρτον ἄμικτον ὑποβεβλημένοι· καὶ ὅτι ὀκτὼ μετρήσαντες ἡμέρας, ἐν αἷς ἄρτον ἀκραιφνῆ οὐδὲ εἴδομεν, ἀλλὰ τοῖς ἐκ πιτύρων ἐγκρυφίαις ἐχρεωκοποῦμεν τὸ τῆς γαστρὸς λίχνον, καὶ οἴνου δὲ μηδὲ μύρισμα εὐτυχήσαντες, μετ' αὐτὰς καὶ οἴνου ψευδωνύμου ἠρέμα καὶ ὡς ἀληθῶς κατὰ στράγγα μετέσχομεν, καὶ ἄρτου δὲ ζυμίτου, καὶ ἄλλων δέ τινων· καὶ ὅτι οὐδὲ τὸ κηπίον εἶχε λιμὴν ἡμῖν γενέσθαι τοῦ Λατινικοῦ κλύδωνος. καὶ εἰ μὲν δένδροις ἠχρειοῦτο, καὶ μάλιστα συκαῖς, ὧν καὶ ἄωρος ὁ καρπὸς παρηνομεῖτο τοῖς ὠμησταῖς εἰς ἔμβρωμα, ἔτι δὲ καὶ πρασιαῖς, ἃ δὴ φίλτατα ἡμῖν ἔφυσαν, ἄλλη τοῦτο λύπη τοῖς γε φιλοτοιούτοις· ὅτε δὲ καὶ τὴν ὑποποδιαίαν ἡμῖν ἠχρείουν τράπεζαν, ἀλλ' ἐκεῖνο οὐκ ἔχω φράσαι ὅπως ἂν φέροι τις ἀπαθῶς. ἐκαθήμεθα μὲν γὰρ ὁμιλαδὸν οἱ πτωχοὶ σύσσιτοι, τοὺς πιτυρίας προβεβλημένοι πρὸς τροφήν· οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἀφέντες κείρειν τὰ ἐκ τῆς γῆς, οἷς ἔχαιρον ἐμφιλοχωροῦντες ἀεὶ τῷ κήπῳ, ἐσκευάζοντο καθ' ἡμῶν· καὶ ἐγγίσαντες, εἶτα στραφέντες καὶ τὰ περὶ τὴν ἕδραν γυμνώσαντες καὶ εἰς ἔκκρισιν ὑφιζήσαντες κατεστοχάζοντο ἐξ ἐναντίας ἡμῶν ἀποκοντοῦν τὰ περιττὰ τῆς γαστρός, ῥυϊσκόμενα καθ' ὕδωρ διὰ τὰς ὀχετηγοὺς σταφυλάς. καὶ ἐποίουν οὕτω. καὶ οἱ μὲν μεθ' ἡμῶν

esse: cuius tamen et inferiorem et superiorem partem a Latinis occupatam et aliis refertam hominibus invenimus, concessimusque necessitate coacti in hortulum domui contiguam, sedemque nacti in atrio balnei perexigui, quod ibi est, procubuimus, mero foeno substrato; atque diebus octo transactis, quibus furum panem ne videremus quidem, sed frustulis e furfuribus sub cinere coctis ligurientem compesceremus ventrem, vini vero ne odorem quidem haberemus, tandem aliquid nomen vini ementiens quiete et revera guttatim combibimus, panem quoque fermentatum et alia quaedam nacti. ceterum ne hortulus ille quidem portus nobis a fluctibus Latinis tutus erat. quodsi arbores laedebantur, fici maxime, quarum etiam immaturi fructus a feris istis hominibus absumebantur, aut areae olitoriae, quae carissimae nobis erant, ea quidem res illos sane affligebat, qui talia amant; sed quum etiam pedibus substratam mensam deleverunt, id vero nescio equidem quomodo quis aequo animo ferre potuerit. considebamus enim tenuis coenae socii, furfureo pane, quo pasceremur adposito, quum homines isti agrestes fructus, quibus delectati semper hortum obibant, carpere desierunt, et adversus nos se instruxerunt. prope ad nos accesserunt, deinde conversi, nudatis natibus, consederunt ad exonerandam alvum, locum nobis oppositum captantes, quo egererent supervacanea ventris, aquae instar propter leves uvas proflu-

βδελυττόμενοι, ὡς ἔδει, τὸ μυσαρὸν διεῤῥήγνυντο θυμῷ, καὶ κατηκοντῶντο ἀτίμως ἀπαγαγεῖν τοὺς — εἰ χρὴ Ἑλληνικῶς προσρηθῆναι — Ὀζόλας· ἡμεῖς δὲ ἐπείχομεν τοῦ ἔργου, κρίνοντες ὡς οἱ ἁμαρτιῶν βορβόροις ἐγκαλινδούμενοι καὶ τοιούτων ἀποβαίνουσιν ὀδμῶν ἄξιοι.

Προσθήσω ταῖς κεφαλαιώσεσι ταύταις καὶ ὡς ἡ ξηρὰ κοίτη, ἐπὶ πλέον παραμείνασα, ὀψέ ποτε ὑπὸ θεοφιλῶν ἐξεθεραπεύθη ἀνδρῶν, ὥσπερ καὶ ἡ γυμνιτεία, ὧν οὐχ ἡμεῖς δαψιλῶς εἴχομεν μόνοι ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μεθ' ἡμῶν· καὶ ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν παρηγάγομέν τι κέρδους, αἱμύλα κωτίλαντες καὶ βαθέα· ὧν οὐκ ἂν ὤκνησέ τις μεμνῆσθαι διὰ τὸ ὑπογλάφυρον, εἴπερ ἦν καιρὸς ἐνταῦθα περιηγηθῆναι καὶ αὐτά. καὶ ἀφαίρεμα μέν τι τῶν ἐξ ἡμῶν (ἡμίονον θετέον εἰπεῖν ἢ βίβλον μίαν γοῦν ἢ στρῶμα ἢ ἄλλο τι τῶν ἡμετέρων) ἐκσπάσαι τοῦ ·κατ' αὐτοὺς χάους οὐκ ἔσχομεν, χρυσίνους δὲ πεντήκοντα ἐπορισάμεθα, οὐ πάντῃ φορμίσαντες ἀδώρητα· ὅθεν ἡμῖν ἡσυχαία τις ἀνάστασις τοῦ κατὰ παντελῆ πτωχείαν γέγονε πτώματος, τοῦ μυροβλύτου καὶ ἀλλοίαν ἐπίῤῥοιαν παντοίαν πλημμύροντος καθὰ καὶ ἐξ ὠκεανοῦ τινός, ἀφ' οὗ καὶ ἡμεῖς ἐζήσαμεν καὶ τὸ τῆς πόλεως δὲ ἅπαν περιλειπόμενον. οὐκ ἂν γάρ τις ματαιωθείη καὶ εἰς Ἰουδαϊκὴν ἐκκυλισθείη ἀχαριστίαν, ὡς τολμῆσαι προενεγκεῖν

entia. hoc illi faciebant; socii autem nostri, indignati, ut par est, turpitudinem istam, ira rumpebantur conabanturque contumeliose abigere istos — ut Graece dicam — Ozolas: a nobis tamen prohibiti sunt, quippe qui ita existimaremus, qui in stercore turpitudinis volutantur, eos etiam tali odore dignos fieri.

Addam his strictim commemoratis illud quoque: quum satis diu in dura terra cubuissimus, sero tandem a piis hominibus cubili isti consultum esse, pariter atque nuditati nostrae, ita ut non solum ipsi, sed etiam omnes socii nostri abunde omnia haberemus; deinde etiam ab hostibus nonnihil beneficii nos obtinuisse, suavia et blanda fabulando: quae quis commemorare haud differret propter subtilitatem, si opportune hic commemorarentur. nihil quidem, quod nobis surreptum esset (velut mulum vel unum certe librum vel tegetem vel aliud quid rerum nostrarum) extrahere ex illorum faucibus potuimus, sed numos aureos quinquaginta adepti sumus, non prorsus frustra a nobis cantata cantilena: unde placida nobis contigit e nimia inopiae infirmitate restitutio, quum etiam sanctus, qui unguenta exsudat, aliam variam tanquam ex oceano quodam copiam subveheret, unde et ipsi vitam sustentabamus et quidquid civium reliquum erat. neque enim quisquam adeo temerarius fuerit et ad Iudaicam prolabatur turpitu-

τῶν χειλέων ἀκερδὴς ἐκ τοῦ μυροβλύτου ἀπεκβαίνειν τά τε εἰς τροφὴν καὶ λοιπὰ δέ τινα.

Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν παρεκβεβάσθω συμμέτρως καὶ οὐδὲ πάνυ ἔξω τοῦ δέοντος· οἱ δὲ βάρβαροι πληρώσαντες τὴν πόλιν ὅλην, ἐξ αὐτῶν τῶν ἑῴων πυλῶν ἀρξάμενοι, ἐθέριζον τοὺς καθ' ἡμᾶς, καὶ συχνὰ ταῦτα δράγματα ῥίπτοντες σωροὺς ἐστοίβαζον, ἐξ ὧν Ἅιδης φιλεῖ σιτούμενος. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ἀμφόδων φεύγοντες ἔπιπτον περὶ αὐτάς, καὶ ἅμα ἐγυμνοῦντο σκυλευόμενοι· καὶ οὕτως αἱ ἀγυιαὶ εἰς οἰκτρὰ ἐσχεδιάζοντο πολυάνδρια, ἡλίου ἐφορῶντος ἃ μὴ ἔπρεπεν. οἱ δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις παρέμενον αὐταῖς εἰς ἀδιέξοδευτον· καὶ οὐκ ἦν εὑρέσθαι οἰκίαν ἣν οἰκῶν ἄνθρωπος ἠλεήθη, πλὴν εἰ μὴ ἄρα πλῆθος εἶχεν ὁ οἶκος. ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μέν τινες ἔπιπτον ἔσω, οἷς καὶ ἦσαν αἱ οἰκίαι αὐτῶν τάφοι αὐτῶν, παραθεῖναι τὸ ψαλλόμενον· οἱ δὲ διεκχυθέντες εἰς φυγὴν τῇ τοῦ πολέμου τύχῃ ἐπεδίδοντο. καὶ τέως μὲν ἁπλοῖ ἔκειντο οἱ ῥιπτόμενοι· μικρὸν δὲ ὅσον τῶν πολεμίων ῥαισάντων τῆς ἄγαν ἐντρεχείας, καὶ ὑποπαιζόντων πικρότερον κατὰ γαίας, ὃ δὴ λέγεται, κωφῆς, καὶ ἑτεροῖα νεκριμαῖα ἐπέκειντο, καὶ ὁ μέν τις νεκρὸς ἄνθρωπος ὄνῳ κειμένῳ συνεδυάζετο, ἕτερος δὲ κύνα εἶχε συμπαρακείμενον. καὶ τούτων τὰ πλείω καταπεπαιγμένα ἦσαν ὡς εἰς διάθεσιν συμπλοκῆς καὶ φιλήματος. ἄλλος ὁμοῦ ἦν αἰλούρῳ κατοικιδίῳ. οὐδὲ τοιούτων γὰρ τὸ

dinem ingrati animi, ut dicere audeat, inanem se ab eo saucto discedere sive victum sive res alias rogaverit.

Haec ita a nobis modeste profecto nec praeter rem interposita sunto. barbari autem totam urbem implebant, a porta orientali exorsi, metebantque cives, et acervos cumulabant crebris iaciendis manipulis, quibus Orcus repleri cupit. qui per vicos fugiebant, occidebantur in iis, simulque spoliati nudi iacebant, ut viae subito in tristia hominum comitia mutarentur, adspiciente sole, quae non debuerat; qui autem in aedibus erant, remanebant in iis fuga praeclusi, nec erat domus, cuius incolae parceretur, nisi magnum numerus eam teneret. alii enim intra parietes peribant, quibus quidem domus pro sepulcro erat, ut verbis psalmistae utar; alii, qui foris fuga salutem quaerebant, fortunae belli dabantur. et aliquamdiu quidem homines occisi passim iacebant; sed mox, quum hostes ab incursionis impetu remisissent, et insolentius terrae, ut ajunt, mutae insultarent, tum reliqua mortuis cadavera iniiciebantur, tum alius homo occisus cum cadavere asini copulabatur, alius canem socium habebat: et ea quidem pleraque per ludibrium quasi ad amplexum vel oscula composita erant: alius rursus cum fele domestica: nam ne his qui-

βάρβαρον ἐφείδοντο, καὶ μάλιστα κυναρίων ὡς καθυλακτούν-
296 των καὶ ἐπιτρεχόντων· διὸ καὶ αὐτῶν ἡ καθ' ἡμᾶς πόλις ἐσπάνισεν. εἴ τι δέ που καὶ περιλέλειπτο, ἀνδρὸς μὲν Ῥωμαίου βατεβάϋσεν ἂν καὶ κατέδραμε, Λατίνῳ δὲ ὑπεξεχώρει κνυζώμενον· κατέγνω γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα οἷ κακοῦ ἦσαν. καὶ εἶχε παροιμιάσασθαί τις τότε κατὰ τοὺς ἐν Σερίφῳ σιγῶντας βατράχους καί τινας τοιούτους Ἰταλοὺς τέττιγας, οὕτω καὶ κύνας ἀφώνους τοὺς παρ' ἡμῖν.

Καὶ ἀμφόδους μὲν κατατρέχεσθαι καὶ οἰκίας οὐκ εὖ πάσχειν οὐκ ἂν εἰς μάχης καινοπράγημα θείη τις· θείους δὲ ναοὺς τυραννεῖσθαι, ἀλλὰ τοῦτο θεομαχίᾳ κρίνοιτ' ἂν ἀγχίθυρον. εἰστρέχοντες γὰρ καὶ εἰς αὐτοὺς ἑκάστους οἱ βάρβαροι ἐποίουν πάνδεινα καὶ οἷα θεὸν ἐρεθίζειν εἰς ἄμυναν. καὶ ὅσους μὲν ἱεροὺς ἄνδρας, τεθωρακισμένους οἷον ταῖς ἁγιωτέραις τῶν στολῶν, κατέκοπτον, τοὺς πλείους εἰς θάνατον, τοὺς μὲν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἐνθέου βήματος, τοὺς δὲ καὶ ἐκτός, ὅποι τύχῃ εὕροιεν οἱ φονευταὶ ἐνστάτας παρὰ θεῷ· καὶ ὅσον δὲ λαϊκόν, οἳ τοῦ στόματος πλήρους ὄντος τοῦ "κύριε ἐλέησον" ἀπηράσσαντο τὰς κεφαλάς, ἐπανακρινόμενοι τί τὸ "κύριε ἐλέησον," καὶ γελώμενοι. αἱ δὲ κατὰ λαγνείαν χρανθεῖσαι σεμναὶ γυναῖκες ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ εἰς ἁγνείαν ἐπηρεασθεῖσαι, ἰδού εἰσι, καὶ πρεσβευέτωσαν κατὰ τῶν αἰτίων, αἱ ὑπὸ γάμον ζυγόν, αἱ διὰ παρθενίαν ἄνετοι, αἱ νύμφαι

dem animalibus barbari parcebant, caniculis maxime, utpote latrantibus accurrentibusque: unde etiam canum illa penuria consecuta est in urbe nostra; nam si forte unus vel alter relictus est, allatraverat is et invaserat Romanos, Latinis de via decesserat cum gannitu: intellexerant quippe etiam illa animalia, in quanta miseria essent. ac possit quis cum ranis Seriphi insulae mutis cicadisque item Italis canes nostros tum similiter elingues conferre.

Enimvero quod in viis concursatum est et vexatae sunt domus, rem in bello minime miram quispiam dixerit; quod autem sacra templa laedebantur, id vero pugnae adversus deum susceptae simile erat. etenim omnia templa ingressi barbari nefasta patrabant, quae deum ad propellendam iniuriam provocare viderentur. quot illi sacerdotes, quasi armatos sacris stolis, plerosque ad necem, percutiebant, alios in ipso sacro suggesto, alios foris, ubicunque homicidae ministros dei invenissent! quot laicos, qui pleno ore precantes "domine, miserere," capite truncabantur, quid illud esset "domine miserere", rogati atque derisi. feminae autem honestae, in templis salacitate barbarorum pollutae et castitatis decore privatae, adversus noxios prodeunto,

τοῦ θεοῦ. καὶ μιᾷ μὲν ἕνα τινὰ συγχρωσθῆναι εἴη ἂν μεῖόν τι κακόν· αἱ δ' ἐν τοιούτοις κοιναί, καθά τις ἂν εἴποι, ἀμίδες οὐκ ἂν εὕροιεν κλαυθμὸν ἐπάξιον.

Ἔχω καλόν τι ἐνταῦθα τῶν βαρβάρων εἰπεῖν, ὅτι φονεύειν τοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιβαλόμενοί τινες ἀπέσυρον αὐτοὺς ἔξω γοῦν, καὶ οὕτω καθῄρουν, τῷ ζῆν μετριάζοντες τὸ κακόν.

Οἱ δὲ τοῖς θείοις ἐνυβρίζοντες, καὶ τὰ μὲν τῶν σεβασμίων τυπωμάτων κατασχίζοντες, ὅσα μηδέν τι γλαφυρὸν ἐκ τιμίας ὕλης εἶχον τὰ δὲ ψιλοῦντες τοῦ κατ' αὐτὰ κόσμου μετὰ πληγῶν, οὔτε ταῦτα δρᾶν διεγνωσμένοι ἐχώρουν εἰς εὔφημον ἡμετέραν μνήμην, καὶ νῦν δὲ εἰς νοῦν ἐλθόντες ἡμῖν ἀποπτύονται. καὶ πῶς γὰρ ἄν τις γυμνοῦσθαι ἀνθρώπους ἐπ' ἐκκλησίας μαθὼν καὶ ἀχθόμενος ἀνάσχοιτ' ἂν μὴ οὐ χόλῳ διαρραγῆναι, γύμνωσιν κειμηλίων θείων ἐγνωκώς; ὢ θεοῦ ἀνεξικακίας, εἰ βάρβαρον ἄνδρα κατὰ τῆς ἱερᾶς καὶ φρικτῆς τραπέζης ἀναπηδήσαντα καὶ ἐκκαλύψαντα τὴν αἰδῶ καὶ ἐνουροῦντα εἰς ἀκοντισμὸν ἀφῆκε ζῆν ἀνεχόμενος. ὦ σταυροὶ τίμιοι, τὸ ἡμέτερον κράτος, ὅσοις καὶ ὑμῶν οἱ μιαροὶ ἐνέπαιξαν· καὶ ἡ θεία δύναμις ἀτρεμοῦσα οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξεγερθήσεται.

Τί ἄν τις ἐνταῦθα ἐκθείη καὶ ταύτην μιαρίαν, ὡς τοῖς μὲν ἐξ ὑέλου ἐκκλησιαστικοῖς λαμπτῆρσιν ἐνεθόρουν οἱ ἀσύν-

virgines iugo matrimonii maturae, propter virginitatem sacrosanctae, sponsae dei. et quidem si singulae a singulis pollutae essent, minor turpitudo foret: sed quasi promiscua ista, ut quis dixerit, flagitii receptacula nunquam digne poterunt defleri.

Laudandi hic mihi sunt barbari, quod quidam in templis absconditos, quos trucidare cuperent, extrahebant certe et deinde occidebant, in vita flagitium continentes.

Qui autem rebus divinis insultabant, et sacra simulacra alia discindebant, in quibus quidem nihil e pretiosa materia elaboratum erat, alia tundendo spoliabant ornamentis, nec tunc istud facere conati gratiam apud nos inibant, et nunc in memoriam revocati abhorrentur. nam quomodo quis, qui homines in ecclesia nudatos cum indignatione audierit, teneat se, quo minus ira rumpatur, quum res divinas nudatas cognoverit? o patientiam divinam, quae barbarum in sacram et venerabilem mensam insilientem et pudendis nudatis vesicam exonerantem sustinuerit et vivere siverit! o cruces venerandae, fortitudo nostra, quotquot scelesti isti laeserunt! nec est, ut placida divina potentia non expergefiat.

Quid illam turpitudiuem commemorem, quod candelabra eccle-

ταχτοι, ὅσα καὶ οὐράναις, εἴποι ἂν ἡ τραγῳδία, τοῖς δὲ τῶν οὔρων δοχείοις οἷα καὶ ποτηρίοις ἐκέχρηντο; οἵ γε καὶ κατὰ φρεάτων ἀφιέντες προρρέειν τὸν τοῦ κατ' αὐτοὺς ἀσκοῦ προύχοντα πόδα, εἶτα ὑδρευόμενοι ἔπινον τοῦ μιασμοῦ καὶ τοῦτο πάλιν καὶ πάλιν, καὶ εἰσαεὶ κύκλον τοῦτον ἑλίττοντες ἀσελγῆ.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἴη ἂν καὶ γελοῖον παραρριφὲν εἱρμῷ τινὶ καὶ αὐτό· ἃ δὲ ἀνόπιν συγγεγράφαται, ἀλλ' ἐκεῖνα μυρία προκαλοῦνται δάκρυα. ὁποῖον καὶ τὸ τοῦ μυροβλύτου, οὗ τῷ τάφῳ ἐμπεπαικότες μετὰ πελέκεων οἱ τοιούτων εἰς ποινὴν ἄξιοι τόν τε πέριξ ἐπιπολάζοντα κόσμον ἐξ ἀργύρου κατέκοψαν, καὶ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς δὲ περιείλοντο χρύσεον στέφανον, καὶ μὴν καὶ τὸν ἕτερον ἀπήγαγον τοῖν ποδοῖν, ἵνα τάχα τὸ ποδῶκες τῆς ἐξ ἐκείνου δίκης ἐκκλίναιεν. κἂν ἐξέπραξαν ἐς τὸ πάν, εἰ μὴ τὸ θεῖον ἀντέβη καὶ ταχὺ ὁδηγῆσαν τοὺς κρείττονας ἔν γε τοῖς βαρβάροις εἰς κωλύμην κατεπέτασε τοῦ κακοῦ. εὐνοῦχος γὰρ τοῦ ῥηγός, ἀμιρᾶς τὴν ἀξίαν, πράττειν ὀξὺς καὶ θερμός, οἷος φόβον βαθὺν καταπέμπειν οἷς ἂν ἄγριος προσενεχθείη, ἔφιππος εἰσελάσας, ὡς οὐκ ἄν τις ἐλπίσοι, ἕως εἰς βαθὺ τοῦ θείου ναοῦ, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ ἐνόμισαν, διὰ περιφρόνησιν καὶ αὐτὸς κατ' ἐκεῖνον ὃς ἐν τῇ τῆς μητροπόλεως καθολικῇ καθιππεύσας τόν τε ἵππον ἀπέβαλε συγκατενεχθεὶς θραυσθέντα καὶ αὐτὸς οὐκ εὖ ἀπήλ-

1. ἐνεούρουν?

siarum vitrea effrenati isti tanquam matulas habebant, ut tragoedia dixerit, urinae receptaculis autem pro scyphis utebantur! quid quod iidem utris sui prominens ostium in puteos solvebant, deinde hauriebant bibebantque de mixtura, idque identidem, et perpetuo in obscoenum istum gyrum acti.

Sed hoc quidem quamvis ridiculum ita interpositum esto, ne ipsum quidem praeter rerum ordinem. quae autem supra narrata sunt, ea vero lacrimas infinitas excitant. quale erat etiam, quod in sanctum, qui unguenta exsudat, patrarunt, cuius sepulcrum insolenter violarunt, securibus, quas ipsi meruissent, argenteam crepidinem dissecantes et coronam auream capiti impositam detrahentes: quin etiam pedem alterum abstulerunt, quo scilicet poenae ex eo consecuturae celeritatem declinarent. atque ita forsan universa delevissent, nisi numen divinum obstitisset, et repente primores barbarorum commovisset et excitasset ad sistendam perniciem. namque eunuchus regis, amiras dignitate, acer et promptus ad agendum, et qui terrorem incuteret, ad quemcunque iratus accessisset, equo, quod vix credas, in intimum templum ingressus est, ipse quoque contemptu, ut plerique arbitrabantur, sacrarum rerum abreptus, illius ex-

λαξεν, ἀληθῶς δὲ κατὰ προμήθειαν, ἵνα καὶ ῥᾷον οὕτω διὰ τῆς πυκνότητος τοῦ λαοῦ παρεισδύοιτο φευγόντων ἑκάστων συμπατηθῆναι τῷ ἵππῳ, καὶ ἄποπτος δὲ ὢν βλέποιτό τε καὶ ἀντιβλέποι τοὺς κακουργοῦντας, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἀμύνοιτο, — εἰσδραμὼν γοῦν ὁ εὐνοῦχος οὕτω μετ' εὐγενοῦς ἵππου καὶ τὴν μετὰ χεῖρα σιδηρέαν κορύνην κατάγων, συνεπιλαμβανομένων ἅμα καὶ τῶν ἑφεπομένων θεραπόντων, οἳ καὶ αὐτοὶ σφοδροὶ δρᾶν ἦσαν, φόνους τε πολλοὺς ἐκώλυσε καὶ γυμνώσεις ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἃ δὴ ἑτέρωθι κωλυθῆναι οὐκ ἔσχε, καὶ τοὺς ἐπιβούλους δὲ τοῦ ἁγίου τάφου ἀπήγαγεν, ὡς οὐκ ἂν ἐκεῖνοι ἤθελον, κερδήσαντας μόνα (μυρία δὲ ἦσαν ἐκεῖνα) ὅσα πρὸ αὐτοῦ κατέσπασαν φθάσαντες. καὶ φόνους μὲν τοὺς ἐκεῖ κατέσχεν ὁ ἄρχων, τοῦ δὲ πνιγμοῦ τῶν φυγόντων ἐν τῷ ναῷ οὐκ ἦν ἐπίσχεσις, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις καθολικαῖς, οὕτω καὶ ταύτῃ οὐκ ὀλίγῃ μοίρᾳ τοὺς ζῶντας ὁ πνιγμὸς ἐδικαίωσεν, ὧν ὁ ἀριθμὸς ἐρίζοι ἂν πρὸς τοὺς ἐπ' ἀκροπόλεως πεπνιγότας, ὡς ἡ ἀρχὴ τοῦ λόγου συνέγραψε.

Τί ἂν λέγοιμι τοὺς τῶν τεγέων οἴκων ἄνωθεν καθαλλο- 297
μένους ἐπὶ μελέτῃ θανάτου, ὅτε τὸ μέγα κακὸν καὶ αὐτοὺς περιεστοίχιζεν; οἳ πτερύξασθαι εἰς αἰθέρα μὴ ἔχοντες, οὕπερ ἐφίεντο ἄν, τὸ τῶν βαρέων ἔπασχον καὶ ἐλάκουν εἰς θανα-

15. κἂν? 17. οὗς?

emplo, qui, quum in catholicam metropolis ecclesiam invectus esset, deturbatus tum equum vulnere laesum amisit, tum ipse male discessit, sed revera divina ductus providentia, quo facilius ita per multitudinem hominum penetraret, ne ab equo conculcarentur caventium, et sublimis tum cerneretur ipse tum cerneret scelestos, atque ita illos flagitio prohiberet — ingressus igitur est ita eunuchus cum equo generoso, et, clavam ferream manu torquens, adiutus etiam a domesticis comitantibus, qui et ipsi manu prompti erant, caedes multas et virorum mulierumque spoliationes impedivit, quae aliter impediri non poterant, et sacro sepulcro insidiantes abegit, quemadmodum ipsis minime placeret, lucratos tantum (infinita sane illa erant), quae ante adventnm eius detraxerant. itaque caedes quidem ibi dux ille sistebat, sed elisio fugientium sisti in templo non poterat, verum sicut in reliquis ecclesiis publicis, ita in illa quoque haud exigua hominum pars suffocata est, quorum quidem numerus par est fortasse iis, qui in arce elisi sunt, de quibus in principio huius libri dictum est.

Quid illos commemorem, qui desuper de tectis aedium in perniciem se dederunt, calamitate quippe immani circumventi? qui quum per aerem volare, ut cupiebant, non possent, pro corporum

τον, ἐκ μετεώρου κατασκήπτοντες. τί δὲ τοὺς κατὰ φρεάτων ὡσεὶ καί τινος Κωκυτοῦ καὶ Ἀχεροντίου ὕδατος βυθιζομένους ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας; τοὺς μὲν φόβῳ τοῦ μὴ ἄνω πεσεῖν θανάτῳ, τὰς δὲ καὶ κατὰ σεμνότητα. καινὸν δὲ οὐδὲν οὐδὲ ἡ τοιαύτη ἔμπτωσίς τε καὶ κατάπτωσις παρ' ἀνθρώποις, οἳ μὴ μόνον πέτρας εὔχοντο ἂν ῥαγῆναι εἰς ὑποδοχὴν αὐτοῖς καὶ βουνοὺς εἰς κρύψιν κατακλυσθῆναι καὶ οὐρανὸν δὲ αὐτὸν ἐπικαταπεσεῖν, ἀλλά που καὶ χάος καὶ τάρταρον ἐφαντάζοντο εἰς κατάδυσιν καὶ βίου κατάλυσιν. τὸ γὰρ καθ' ἱστορίαν βάραθρον καὶ οἱ κρημνοὶ μικρὰ καὶ αὐτὰ ἦσαν τοῖς ἀφαντωθῆναι θέλουσιν.

Ὢ μοι καὶ τῶν λίθων, οἵπερ ἐπαφιέμενοι τοῖς τοιούτοις πρὸς τῶν βαρβάρων ἀνανεύειν οὐκ ἀφίεσαν, ἀλλ' ἐπιπωμάζοντες κατεχώννυον τοὺς ἐλεεινούς. οὐαὶ τότε καὶ ὅσαι κατὰ γαστέρων εἶχον, ἃς ἐν τῷ φεύγειν βαρύνων ὁ κατὰ φύσιν φίλιος φόρτος ἐξ ὀλιγηπελίης κατέρριπτε συμποδίζων εἰς Ἀΐδην, φθανούσας τὸν διὰ ξιφῶν ὄλεθρον. οἰκτρὸν δὲ τούτων οὐκ ἔλαττον καὶ μητέρες, αἷς φευγούσαις καὶ ἁπαλοὶ παῖδες συνέτρεχον, καὶ τέως μὲν ὁμοῦ ἦσαν· ἐπισπέρχοντος δὲ τοῦ κακοῦ ἐνίκων τὸν δρόμον αἱ μητέρες, δυστυχῶς γε τοῦτο καὶ μάλα. ἐπιστραφεῖσαι γὰρ ἢ οὐκέτ' ἔβλεπον τοὺς ποθουμένους ἀνθαμίλλους, Ἡρώδου δή τινι ψήφῳ περιπεπτωκότας, ἢ ἔπιπτον καὶ αὐταὶ πρὸς τῶν ἐπικαταλαβόντων, μι-

pondere in terram illisi ad necem contundebantur. quid illos, qui in puteos tanquam Cocytum quendam et aquam Acherusiam demersi sunt, et viros et mulieres? viros quidem metu compulsos, ne alto casu perirent, mulieres quodam honesto moriendi studio ductas. nam ne hae quidem praecipitatione vel submersione quaesitae mortes mirae sunt in hominibus, qui non solum saxa rumpi ad hauriendos se, vel montes devolvi ad obruendos vel coelum sibi illabi optarent, sed etiam ipsum orcum et tartarum sibi hiare cuperent ad interitum et perniciem. etenim ex historia nota barathra et praecipitia levia illis videbantur, qui e conspectu auferri cuperent.

Vae saxa, quae a barbaris in eosdem coniecta caput attollere eos non sinebant, sed miseros obruebant! vae tum feminas gravidas, quas in fuga aggravans onus per se dilectum in Orcum demittebat! deliquio animae oppressas, nec minus miserandae erant matres, quae in fuga teneros liberos comites habebant, et aliquantisper quidem aequabantur cursu, sed mox, propius ingruente exitio, iter praecipiebant: quae et ipsa magna sane miseria erat. conversae enim aut non iam videbant consectantes se dilectos liberos, Herodiano aliquo

σούμεναι, ὅτι μὴ ἐκείνων πρὸς ἔρωτα ἐπεστρέφοντο, ἀλλ' ἔκλαιον τὸν ὕστατον δολιχόν, ὃν οἱ παῖδες ἐστείλαντο. ἔφευγον καὶ πατέρες, νεογνὰ μητέρων ὀρφανὰ ὀπίσω ἀφιέντες. καὶ αὐτὰ μὲν ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐγοῶντο· οἱ δὲ μὴ ἐπιστρεφόμενοι ἔθεον, καὶ ἡ φύσις ἐβόα κενά. εἰ δὲ καὶ ἐξέδραμον ἐκεῖνα συμφεύγειν, αὐτὰ μὲν ἐποίουν τὸ δυνατόν, ὁ δὲ γενέτωρ ἦν ὁ αὐτὸς τοὺς πόδας, τοῦ κατὰ θάνατον φόβου τὴν φυσικὴν ἐκνικῶντος στοργήν. καὶ εἴπερ ὁ τεκνωσάμενος περιποιήσεται ζωήν, ἀλλ' αὐτὰ συμπατούμενα καὶ πρὸς βίαν σκαρίζοντα ἐξώλλυντο εἰς ἐπιθήκην τῶν κατ' ἄνδρας νεκρῶν. οὕτω καὶ θρέμμα τραχὺ λύκων ἐπιτρεχόντων ἀφίησε τὰ οἰκεῖα νεογιλὰ καὶ φεύγει· καὶ ὁ λύκος οὐκ οἶδεν οὐδενὸς φείδεσθαι.

Κλαίω δ' ἐνταῦθα ἐγώ, ἀναπολήσας εἰς νοῦν ὡς καὶ ἡμεῖς ἅπαντες οὕτως ἐφεύγομεν οἷα σφαγῆς πρόβατα, οὔτε ποιμένος προμαχοῦντος οὔτε μὴν μισθωτοῦ. καὶ μακάριον, εἴπερ ἐφεύγομεν διὰ τέλους. νῦν δὲ ἀλλὰ μικροῦ δέον οἱ πλείους τοῖς τῶν λύκων περιεπίπτομεν στόμασι. μυρία δὴ ταῦτα πτώματα, καὶ οἷα πόλιν ἀποκενοῦν εὐφοροῦσαν ἦν ὅτε οἰκητόρων ἀγαθῶν. καὶ μετροῖντο ἂν οἱ οὕτω πολυτρόπως πεσόντες ὑπὲρ χιλιάδας ἑπτά, ὡς οἱ περιελθόντες ἐστοχάσαντο πρὸς δυνατὴν ἀκρίβειαν, σύν γε τοῖς ἐκ Βουλγάρων πεζοῖς, καὶ ὅσοι τοῦ στρατιωτικοῦ συνέπεσον. οἱ δὲ βάρβαροι πε-

18. πώματα T

imperio interceptos, aut ipsae quoque ab hostibus occidebantur, iratis, quod libidini suae non obsequerentur, sed extremum curriculum deflerent, quod liberi inissent. etiam patres fugiebant, liberis recens natis orbis relictis. flebili vagitu hi opem flagitabant; sed illi sine respectu fugiebant, natura nequidquam clamante. quantumvis liberi procurrerent secuturi, quantumvis pro viribus adniterentur, pater tamen aeque festinanter fugiebat, metu mortis a natura nobis insitam pietatem exsuperante: atque si forte pater vitam servaret, liberi conculcati et adversus vim palpitantes peribant ad cumulanda virorum cadavera. ita etiam bruta pecora, quum lupi superveniunt, relictis catulis recens natis, fugiunt; lupus autem nemini parcere solet.

A lacrimis hic ego mihi temperare nequeo, quum recordor, nos quoque omnes ovium instar, quae lanienae destinatae sunt, fugisse, quum nec pastor, nec vero mercenarius quisquam nos defenderet: beati tamen, qui prorsus effugimus. sed non multum aberat, quominus plerique in fauces luporum incideremus. infinita illa caedes erat, qua necesse erat, ut urbs quondam bonis civibus abundantissima desolaretur. sunt autem, qui ita varie perierunt, plus septem milia,

ριεργασάμενοι ἄλλως εἰς πέντε χιλιάδας ἠρίθμησαν τὸ κακόν, μήτε τοὺς πεπνιγμένους συγκεφαλαιωσάμενοι τούτοις μήτε δηλαδὴ τοὺς ἐπ' οἴκων πεσόντας, ἀλλὰ μόνους ἀριθμῷ δεδωκότες ὅσους αὐτοῖς ἐκθέτους κειμένους ἥλιος ἔφηνεν.

Ἐνταῦθα δάκοι ἂν καρδίαν ἀνδρὸς φιλοίκτου καὶ ὅτι τοὺς κειμένους ἔν τε ταῖς ἀμφόδοις καὶ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀλόγοις ζώοις ἀναμιγνύντες κατέκαιον οἱ ἐχθροί, τὸ μισάνθρωπον, ὀψὲ καὶ τοῦτο δράσαντες. τὰ πρῶτα γὰρ ὑφ' ἡμῶν παρακαλούμενοι καταχῶσαι τοὺς νεκρούς, μὴ καὶ θέα δυσπρόσωπος ἔκκειται καὶ ἀποφορὰς δὲ νοσερὰς ἀτμίσωσιν, ἐθάδες τοιούτων αὐτοὶ ἔφασαν εἶναι, καὶ χαίρειν τοιαύταις θέαις τε και ὀδμαῖς.

Οἱ μὴν δὴ πολλοὶ φόνοι καὶ αἱ σφοδραὶ ἁρπαγαὶ καὶ τὰ πλείω κακὰ δοκοῖεν ἂν λῆξαι μετὰ μεσημβρίαν τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ἡ ἅλωσις, ἐξ ἐπιτάγματος τῶν κομήτων. ἦν δὲ σάββατον, οὐ φυγὴν ἔχον, ἣν εὐαγγελικῶς ἀπεύξαιτ' ἄν τις, ἀλλὰ τηλικαύτης πόλεως ὄλεθρον. τὰ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἂν μέν τις φράσαι ὡς μηδέν τι ἐλλεῖψαι· ὅσα δὲ ἔστιν ἐπιλέξασθαι, αὐχήσωμεν ἂν καὶ αὐτοὶ ἱκανοὶ ἔσεσθαι ἀπογράψασθαι. πάντες οἱ ἔξω ἱππόται, καὶ οἱ ναύαρχοι δέ, ἀκολούθως δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτούς, ἀνακαθήραντες ἤδη τὰ σφίσι φοβερὰ καὶ μισήσαντες εἰς πλέον αἰθριοκοιτεῖν, ἔπλησαν ἀδεῶς

Δοκῶ μοι, ὦ πολῖται καὶ δι' ὅλων συναεθλευταί, καὶ ὑμεῖς δέ, ὦ νεήλυδες, ἠκριβωσάμην διαγράψας τὰ καθ' ἡμᾶς

percussae et audaciam summam expertae; praeterea de ineptis illis concursibus cursitationibusque, quas aestas proxima vidit, nihil illas utiles.

Verum ut haud oporteat ista quidem leviora commemorari ab homine iusto, quippe quorum mentio inutilis sit hominibus implacabilibus, sed etiam terra obtegi: gravissimum certe recensendum est in causis perniciei nostrae, mutuae de rebus, de quibus minime decebat, susurrationes, quae clamorem certaminis exitiosissimi nobis excitarunt; pignorum interversiones, quibus ditati sumus, quamquam hic illi rident, qui etiamnunc divitiarum amantes sunt; infitiationes pactionum, quibus praelucet venerabilis crucis imago, deinde subsequitur etiam mentio sanctae trinitatis unius et omnipotentis dei ab utroque perscripta paciscentium, pactionemque iureiurando confirmantium: quae res propter crimen periurii deum necessario nobis infestum fecit.

Quid causas miseriae alias multas persequar, ubi deest tempus? sufficiat monuisse, deum iustum et iustitiae amantem esse: quare nullam ille communionem habet cum hominibus, qui ingenio dissimili sunt, neque cessabit unquam variis viis insectari omnes, qui in numero iniustorum deprehendentur.

Videor mihi, cives tum rite nobiscum militantes, tum vos, recens conscripti, accurate et solerter exposuisse res nostras, et quasi imagine

τεχνικῶς, καὶ εἰκόνα ταύτην ἐν ἡμῖν ἀνεστήλωσα διδασκαλικὴν ὧν ἐπάθομεν· καὶ ἔστιν ἀπὸ τῆς ἄρτι ὄφελος διαβαίνειν εἰς τὸν τῇ ζωγραφίᾳ ταύτῃ ἐπεντρανίζοντα, καὶ μὴν καὶ ἀγαπῶντα· ὡς ὅ γε τὴν ἀκριβῆ διαζωγράφησιν μεμισηκὼς οὐδὲν ἧττον, φασί, καὶ τὴν ἀλήθειαν συνεμίσησεν. οἶμαι δὲ καὶ ὡς εὐλαβητέον, μὴ τῇ περιφρονήσει τῶν ἐνταυθοῖ διεζωγραφημένων καὶ τῇ ἐντεῦθεν ἀπαλειφῇ τοῦ τυπώματος ὧν πεπόνθαμεν, ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ἑτέρῳ μεταχρονίῳ ἀρχιζωγράφῳ τῶν τοιούτων πινακογράφημα ἕτερον ἐφ᾽ ὁμοίοις παθήμασιν ἐν ὑμῖν στήσασθαι. εὖ γὰρ ἴστε πάντως ὡς οὐ μίαν πληγὴν θεὸς ἐντήκειν οἶδε τοῖς ἀνεπιστρόφως κακοτρόποις, οὐδὲ εἰσάπαξ, ἀλλὰ πολλὰ βέλη παρ᾽ αὐτῷ ἡ μυνικὴ φαρέτρα κρύπτει, ἐξ ὧν ἀεὶ κατασκοπεύονται αὐτῷ καὶ βάλλονται, συνεκπολεμούσης αὐτῷ καὶ τῆς ἀρᾶς [τοῦ μυροβλύτου]. ἀλλὰ μὴ ἡμῖν, κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ᾽ ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν. ἐξελοῦ [δὲ] θλιβομένους ἡμᾶς, καὶ οὕτω δοξαζόμενος κατὰ τὸ "καὶ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου ἐπικαλέσεις με, [καὶ ἐξελοῦμαί σε,] καὶ δοξάσεις με," τὸν ὄντως ὑπερδεδοξασμένον, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

quadam ostendisse, quae passi sumus; atque necesse est, procedere nos ab ea, quam modo proposuimus, tabula ad eum, qui tabulam curiose intuetur adeoque diligit: quippe qui oderit accuratam imaginem, pariter, aiunt, etiam rem ipsam oderit. cavendum est igitur, ne, quum contemnuntur, quae hic depicta sunt, et propterea deletur extinguendis coloribus imago eorum, quae passi sumus, mox ab alio talium rerum pictore primario tabulam alteram in simili miseria vobis proponi oporteat. bene enim nostis omnes, deum non semel nec nisi unam plagam infligere solere hominibus obstinate flagitiosis, sed multas conditas esse in pharetra eius sagittas, quas perpetuo intendit et emittit, provocatus etiam precibus sancti, qui unguenta exsudat; noli vero in nos, domine, noli in nos illas intendere, sed auge gloriam nominis tui, et libera nos a vexationibus, gloriosus secundum illud "die vexationis tuae profecto invocabis me, et liberabo te, et tu me gloriaberis," qui omnem gloriam exsuperas per omnia saecula.

AD

LEONIS GRAMMATICI

VITAS RECENTIORUM IMPERATORUM

FR. FRANCISCI COMBEFIS Ordinis Praedicatorum

Congregationis S. Ludovici,

NOTAE.

Leonis Grammatici an extet monumentum aliud aut memoria, me latet. fuisse eum supparem illis quorum res gestas prosecutus est, ipsa subscriptio clare indicat. num is ipse sit cuius meminit Cedrenus initio historiae, *Λέων ὁ Καρίας*, coniectura non levis fuerit, cum ipsum Leonis nomen, tum quod alia ac tantisper recentiori manu subiectum extat illi subscriptioni in Reg. cod. *Λέων πρόεδρος καὶ δοὺξ τῶν κιβυραιωτῶν ὁ Τζικάνδαλος, καὶ οἰκεῖος ἄνθρωπος τοῦ κραταιοῦ καὶ πρώτου ἡμῶν βασιλέως.* adiectum enim hoc ad auctorem designandum sibi quis facile persuadeat. Cibyra Plinio Cariae est, etsi aliis Phrygiae, quae sunt regiones vicinae. at num magis istud Vaticano ac Barberino continuatori anonymo conveniat, quem et Cedrenus praecipue post Theophanem sublegit, haereo. is namque vere imperatoris, atque id primi, familiaris fuit, uti liquet ex prooemio, quo suam illi historiam ac recentiorum imperatorum vitas inscribit, nempe Constantino, qui et primus imperator, etsi eum Romanus ab eo imperator adlectus gradu deiecerat, primumque ipse locum ac gerendae reipublicae auctoritatem summam usurpaverat, ac praeter titulum vix aliud quod sit maiestatis Constantino reliquerat. at nihil vetat fuisse Constantino, ut

erat literarum amicus, domesticos plures seu familiares, quorum ipse studia foveret. vix quicquam Leoni grammatico ac anonymo illi continuatori commune ad usque Basilii Macedonis vitam, quae ipsa non continuatoris anonymi sed ipsius Constantini Basilii nepotis lucubratio est: in reliquis pleraque affinia, plerumque etiam iisdem verbis concepta, aut ex aliis alia facta tantisper mutatis vocibus, ut alterum alterius usum laboribus necesse sit. a fusioribus mihi Notis temperandum, iis duntaxat breviter, quoad licebit, expositis quae lectori moram iniicere possent, sua iam mole importuno fere volumine, ac cum futurum sit ut in sequenti eadem perplura recurrant, aut quibus haec essent illustranda. Leonis Armeni vita, subiecta Theophanis operi, incerto auctore ex Regio producta, prius ipsa recensenda, quae nec ipsa spernenda est.

1 *καὶ λοιπὸν Μιχαήλ*] ita ms cod. qui modus loquendi indicat esse haec ex pleniori historia, ad supplementum aliquod Chronologiae Theophanis, extracta.

2 lacuna facile sarcienda ex Theophane, qui et ipse primo Michaëlis anno coronatum ait eius filium Theophylactum die 25 Decembris: adeoque scriptum sit *εἰς τὰς ἑορτὰς τῶν Χριστοῦ γεννῶν*, nisi auctor affectata brevitate sic locutus est, ut et infra p. 433 Leonem coronasse filium ait *φθασάντων τῶν ἑορτῶν;* iterumque eodem modo loquitur, cum de illius ficta crucis ac imaginis adoratione.

3 *ποιοῦντες μαϊουμάδας*, *Maii kalendas tripudio celebrantes:* de qua profana celebritate Meursius, Lacerda etc.

4 *καὶ λοιπὸν ἰδόντες πάντα*] de hac Orientalium, eorumque Ducis Leonis Armeni defectione non omnes consentiunt. cum auctore facit Ignatius diaconus, ex quo forte acceperit ipse, ut et Cedrenus: *πρὸς τοὺς ἐπὶ Θρᾴκην Οὔννους πόλεμος τῷ βασιλεῖ συγκεκρότητο, ἐν ᾧ τῆς ἥττης Λέων πρωτεργέτης γενόμενος παντὶ τῷ στρατοπέδῳ τὴν μετ' αἰσχύνης φυγὴν ἐμαιεύσατο.*

5 *τροποῦνται*] *insidias hostibus struere.* familiaris vox Theophani eo sensu *τὸ τροποῦσθαι.* ipse elegantius Theophanes *λογισμοῦ τινος τρόπον*, ait rem Crumum existimasse, *insidiarum quandam struem.*

6 socer cuius deo invisum imperium ait Michaël, Nicephorus est, cuius erat Procopia filia Michaëlis uxor.

7 *ποιήσας ἰδιόχειρον*] ita patriarcha enitebatur, sed non obtinuit Leonis astu deceptus, rem differendam praetexentis in tempus aliud commodius, ac ubi capessivisset imperium, uti multis Ignatius diaconus, nec non continuator Vaticanus.

8 *ἐπιάγουρον*] vocem *ἄγουρον* pro ephebo atque iuvene in aula merente exponit Possinius in Anna Comnena, cuius Alexiad. l. 7 ea vox extat. at vocem *ἐπιάγουρον* iterum invenio in Leone grammatico p. 460 de Basilio Macedone dictam, cum robustus proceroque corpore iuvenis Theophilitzis comitatui adlectus est, quem Constantinus in Basilii vita eiusmodi iuvenum, ac qui pulchri essent, *εὐειδεῖς*, ait fuisse studiosissimum non male hic P. Goar *virili:* at malim, *grandi robustoque.* ibi non placet *agrestem iuvenem:* potius *robustum, fortem, grandem;* de quo statim *οἷον ἄγουρον νῦν ἀπελαβόμεν qualem nunc masculum comitatui adlegi?*

9 *τὸ πάνυ*] nihil est cur redundare existimetur: nec enim novum ut et superlativis adverbia eiusmodi adiungantur.

10 *κόψας καὶ τὴν σοῦδαν*] *vallum latum excisum opponens.* sic p. 416 Nicephorus ambustus dicitur in Bulgaria, *τῷ τῆς σούλας πυρί*: *igne valli,* inquit Anastasius nempe lignis illis quibus Crumus castrā circumsepiverat.

11 *τοῦ καὶ Καβαλίνου*] fecit Leonis haec diligentia ut et patres Constantini istam pseudosynodum accurate refutaverint; quae eorum refutatio, seu potius S. Nicephori eorum nomine, luculenta extat in uno cod. Regio, perquam digna luce.

12 *καὶ Κασυμαθᾶ μαθόντα τὴν γραμμ.*] ego sic reddam, *qui Casymatha ludimagistro grammaticam didicisset, senexque legisperitus ad Sphoracii aedes diversatus esset ac pueros docuisset.* liquet enim unum hic designari Sylaei sive Pergensem episcopum Antonium, qui omnibus his gradibus eam sit adeptus sedem, haeresimque iconomachorum promoverit, non tres diversos, quod sonant verba interpretis.

13 plura Ignatius diaconus de tota hac disputatione in S. Nicephori vita, eiusque exitu ac persecutione ecclesiae illata.

14 *τῶν ἑορτῶν*] amica auctori vox: qua ubique Christi natalem significet.

15 *σκυλῆναι*] *vexari.* habetur ea vox Luc. 7 et 8.

16 *σταυρὸν ἔχων εἰκόνα*] *crucem in quo imago depicta esset,* forte ipsius Christi ex ea pendentis, quam ipsam iconoclastae improbabant. nudam crucem hactenus ii tolerabant, eo mitiores nostri aevi sectariis, non ita quae adiunctas vel appictas imagines haberet. crucem nuper ligneam ferente Graeco hieromonacho vidi, in qua tota fere euangelica historia subtili satis statuario opere effecta extabat.

17 *οὔτε ἐπιδιατάσσομαι*] ipsa est aliis verbis prima interrogatione S. Nicephori responsio p. 437 : *nihil eorum quae* etc. *nova ordinatione everto.* sic semper vetus fides unaque.

18 *διεφορήθη*] *difflato humore aut sudoribus resoluto tantisper convaluit.*

19 *τὸ συρτὰ*] non *silenter* putem, uti redditum: non enim ita peragitur quod tumultuaria militum manu exequendum mandatur: sed *trahendo* apertaque vi patriarchio exportarent, necdum scilicet per aegritudinem ipsum incedere valentem.

20 *ἀπέκτεινεν καὶ ἐθαλάσσωσεν*] *interemit ac pelago mersit*, ex utroque scilicet ordine. quid velit de revocatis exulibus deficiente codice divinare non possumus.

21 *τὸν χαλη.*] uno verbo auctor anonymus *τὰ ζωδία τοῦ ἱπποδρομίου.* draconem intelligo ad circi mare seu aquarum sinum ac fontem.

22 *ὁ Ἀμορραῖος*] non placet ea vox, nec quod emendatum, *ὁ Ἀμωραῖος.* melius continuator Vat. *ὁ ἐξ Ἀμορίου.* quod statim sequitur de remissa tantisper Michaële imperatore excitata a Leone persecutione, egregie Ignatius in vita S. Nicephori exponit, qui et navatam viro sancto operam ut Michaëlem ecclesiae addiceret pulchre describit, deterrendo nimirum ab haeresi decessoris exemplo, qui ita misere in templo vitam abrupisset. quaesitam item Michaëli *ἀδιαφορίαν*, et ut quod vellet quisque sectaretur, nec alii aliis obloquerentur; eaque silentii conditione Nicephorus sedem reciperet. verum haec tantisper expectanda, ut et laudatus continuator, qui ipse fuse prosequitur quae Leo velut solum acu notat.

23 *ἀφ' ὧν*] aliter emendem quam interpreti visum [omittit Goarus]; leviorique seu potius nulla mutatione, sed unius duntaxat elementi, quod festinanti scribae excidit, restitutione, ut *ἀντὶ τοῦ ἀφ' ὧν*, sit *Ἄφρων*: *cum haud ita pridem Afri ob peccata populi, eorumque qui rerum potirentur impietatem, coepissent res Christianorum in humile cogere, suaeque ditionis facere.* dictum hoc distinctione ab aliis Arabibus, qui pridem in Syria Aegypto ac locis aliis rem labefactassent Romanam. Cedrenus Arabes Hispanos vocat qui Cretam ceperunt aliasque insulas, ipsi nimirum qui et consederunt in Africa ac utraque loca tenebant.

24 *προσεκαλέσατο*] isthaec eadem pluribus continuator Vat. et ex eo Cedrenus; qui hanc Theophili severitatem non tam iustitiae zelo ascribunt, quam ut ille sibi ab insidiis

caveret subditosque a violenta in principem manu deterreret. Leonis grammatici ratio, ut voluerit ulcisci principem iconoclastam eidem ipse addictissimus haeresi, ieiunior est, cum nec pater illius ab ea abhorreret. summi Theophili rigoris iure dicendo exempla affert plurimumque laudat auctor orationis Dominica *τῆς Ὀρθοδοξίας*, nobis edita Auct. tom. 2; e quibus hic aliqua refert Leo et sugillat.

25 *μετ' ὀλίγου δὲ καὶ μάγ.*] paulo haec latius Leo quam continuator aut Cedrenus qui tamen alia addunt scitu digna.

26 illud *μετὰ παρακλήσεως* exponam ego *obsecrando*, velut scilicet pro iniuria excusando, cuius ille memoria noluerit sedem recipere ac dignitatem, Theophilo interim maioris ecclesiae oeconomi officium imponente; quae officia non minoris erant Graecis quam summa ipsa sacerdotia ac episcopatus, uti fere nostris cardinalitia dignitas atque purpura. gloriantur enim etiamnum clerici maioris ecclesiae velut et ipsi de latere sui antistitis; quem ideo proxime assectari debeant, ac provincialibus ipsis episcopis praeire.

27 *τὸ φυλακτόν*] est quod Cedrenus *σταυρὸν* appellat. sic ipse P. Goar p. superiori, *δοὺς τὸ ἴδιον φυλακτόν. propria cruce amuleti loco e collo pendente ipsi tradita:* non ita bene hic, *salvum conductum*, quod rem minus explicet. continuator Vat. *καὶ μάρτυρας τῶν εἰρημένων τό τε τοῦ βασιλέως ἐγκόλπιον καὶ τὸ χρυσοβούλιον ἐδίδου auream bullam contradit*, seu tabellas eius sigillo obsignatas ac manu subscriptas, quibus nec expressa figura crucis deerat. aliud tamen ac peculiarius *τὸ φυλακτόν*, *ἐγκόλπιον*, *σταυρός*, semel et iterum ad maiorem sacramenti religionem Theophilo usurpatum. C *τοῦτο ἐν μείζονι τιμῇ, ἢ τὸ πρῶτον κάθιστο. quae res, sicque parta victoria fecit, ut in maiori quam prius honore haberetur.* *τῷ προτέρῳ πλεονεκτήματι.* hic deest vox aliqua; putem, *πεποιθώς*: *priore confisus compendio:* bene animatus ex superiori victoria Manuëlis auspicio.

28 *Ζάπετρον*] continuator ac Cedrenus *Σωζόπετραν* scribunt, amerumnis patriam, cuius excidii ulciscendi causa is Amorium postmodum excidit Theophili patriam.

29 *διὰ τὸν τοῦ ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν*] obscurum hoc. num *διὰ τὸ τὸν ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν: urbem tunc opulentam ac potentia claram, eo quod inde Amerumnes oriundus esset;* ut subaudiatur, aut desideretur vox *ὁρμᾶσθαι*. vel *διὰ τὴν τοῦ Ἀμερουμνῆ ἐκεῖθεν πατρίδα. quod esset illic Amerumnis patria;* an magis hiatus est? integre vero laudatus continuator: *τὴν Σωζόπετραν ἐκπολιορκήσας πατρίδα τυγχάνουσαν τοῦ*

Ἀμεραμνουνῆ. ὑπὲρ ἧς ἐγένετο ἐκεῖθεν διὰ γραμμάτων προτρέψασθαι ἀναχωρεῖν τὸν Θεόφιλον ἐκ τῆς πατρίδος αὐτοῦ.

30 tria continuator adversus sacras imagines impiorum imperatorum edicta profert, 1. a Leone Isauro, ut sancti nomen nunquam illis appingeretur, aut id illae vocarentur; quod dei proprium diceret, ut sit ac dicatur sanctus. 2. a Michaële Theophili patre, ut non adorarentur. 3. a Theophilo *τὸ μηδὲ χρώμασι ταύτας τυποῦσθαί τε καὶ μορφάζεσθαι.*

31 *ἄγοντα*] ad hoc interpres: *redundat;* itemque seq. linea ad illud *οὐ καθεκτὴν Ῥωμαίοις.* mihi utrumque aptum ac sensui necessarium. primum ita expressit continuator: *ὡς δ' ἡμάρτανεν αὖθις, καὶ τρίτον δὲ ἐκ στερροτέρας ψυχῆς τὴν συνέχουσαν φάλαγγα τὸν βασιλέα διέκοψεν, καὶ πλησίον ἐγεγόνει τούτου, ὡς καὶ ἱμᾶσι τὸν ἐπιφέροντα τοῦτον ἐπιδῆσαι ἵππον καὶ αὖθις ὑπεξερύσασθαι ἐτύγχανεν.* adeoque exiit *ἄγοντα τοῦτον ἐξάγων: vehentem illum equum educens.* alteri simile illud laudati auctoris: *ἐτρώθη τὴν ψυχὴν ἀνήρ, βασιλέα Ῥωμαίων αἰχμάλωτον γενέσθαι φοβούμενος καὶ τῶν ἐχθρῶν ὑποπόδιον.* Leo ita scribit, ut eo in praelio vulneratum Manuelem exque vulnere brevi mortuum significet, cum continuator calumniam subiungat huius ipsius officii occasione ortam, qua coactus est ad Agarenos fugere, ac reliqua superius Leoni de illo enarrata. uter certiora monumenta secutus sit, haud facile sit divinare. non deesse ait continuator qui hanc illius fugam ad Agarenos sub Michaële Theophili patre ponant.

32 *ἵππος ᾧ ἐποχεῖται*] hanc equi ablati historiam longe aliter continuator ac Cedrenus narrant; eorumque vero similior narratio. Manuelem in Persarum expeditione adversus Amorium adhuc superstitem, postque ipsum Theophilum, iidem faciunt; nisi iste alius atque iunior Manuël existit.

33 *ὁ πρωτοσύμβουλος*] hic quoque ipse amerumnes supremusque Arabum dux ac velut imperator sic appellatur.

34 hanc proditionem Boiditsa auctore, et ut nihil astrologiae in ea intervenerit, sed sola indicatio partis illius murorum qua facilis esset ad urbem accessus, sagitta cum epistola e muro in hostium castra emissa, solidius Vaticanus continuator, quam vel Leo vel Cedrenus qui rem paucis perstringit.

35 *Θεόφιλος*] sunt hi turmae 42 martyrum praecipui heroës, quorum certamen continuator Vat. describit. *πρωτοσπαθάριος εὐνοῦχος ὁ Κρατερός.* unus haec Theodorus.

36 huius Constantini constantiam atque operam confirmando Theophilo pulchre enarrat laudatus auctor.

37 *τὸ Σαξιμοδέξιμον*] exponit continuator quid istud in eo fonte esset.

38 *αὐτόν*] melius *αὐτοί*, deestque vox aliqua, qua praeter subditos Persas alii significentur Theophobo addicti. Amastri consedisse *μετά τινῶν ἐκκρίτων ἀνδρῶν* habet anonymus, cum Theophilo suspectus ab eo discessit; qui ipsi videantur, per quos rerum summane in Theophobum transferatur timet Theophilus.

39 *τῇ δὲ α' κυριακῇ*] videtur hic hiatus, ut incipiat auctor referre historiam restitutionis imaginum prima illa dominica quadragesimae, quam multis continuator Vat. prosequitur; nisi compendio sic Leo scripsit. *τὴν ἐκκλησίαν εἰρήνευσεν τῇ α' κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν ecclesiae pacem composuit dominica prima quadragesimae.* tum sequatur de Theoctisti expeditione: *ἀπέστειλεν δὲ Θεόκτιστον.*

40 *καὶ τὴν φυγάδα* sit *καὶ τὴν φυγὴν δὲ προεχ.*] *fugamque expedivit, audiens Augustam alium imperatorem creasse:* cui forte nupsisset, uti in superioribus et sequentibus non desunt quae sic assumptis in maritos imperii faces detulere; idque Theoctisto formidabile, qui puerulo imperatore, ac matre Augusta, summa in aula auctoritate polleret. nihil ergo necesse contra textus fidem reddere, *Augustam urbe fugisse.*

41 *τὸν αὐτὸν πάλιν*] nihil hic hiulcum, sed post vocem *φανείς*, ut fuerit descripta eius in urbem receptio, tametsi rem sic male in Creta gesserat; sequaturque iniuncta alia expeditio, in qua nihil felicius cessisse Theoctisto ipsa haec Leonis mutila indicant, ob illius severitatem odioque in eum quibusdam proceribus ad Saracenos deficientibus.

42 *ἀπέχθειαν*] anonymus ista suppressit, ut et Cedrenus viri forte reverentia, quem pene auctorem restitutarum imaginum agnoscunt.

43 *ὁ Κόμης*] emendat P. Goar, non bene: is enim iam obierat, primis fere Leonis Armeni annis, ac dum ingentem illam expeditionem urbem eversurus parat, uti Reg. anonymus supra; eratque iam Baldimer illius nepos Bulgarorum princeps, ut Leo ipse iam dixerat. quem hic Michaëlem Bulgarum vocat, num ipse sit quem paulo ante Baldimerem appellaverat? ego sic puto occupato eum vocasse, etsi et illud postea nomen in baptismo accepit a Michaële impositum, uti habetur p. 462. quo etiam loco et ante baptismum eadem occupatione Michaël nuncupatus invenitur. Cedrenus Crumi

successorem, utique Baldimeris patrem, Crumi nepotis, Crytagonem vocat. quid si Leo quem et Baldimerem et Michaëlem dixerat, ex patris etiam nomine sic nuncupavit, scripsitque ὁ Κρυτάγονος, ex quo imperitus librarius suum Κόμης expresserit, ut est facilis error in nominibus propriis? Bulgarorum principem ac dominum comitem appellatum me legisse non memini; nec aliter emendem quam exposui.

44 ἐπιάγουρον] *robustum*, *procero corpore ac stipato*, non *agrestem*. vide p. 431, ubi et de voce ἄγουρος. vulgari lingua est ἄωρος *immaturus*, ut non omnino dissideat ista significatio ab altera, qua pro adulto robustique corporis iuvene accipitur hic et apud Nicetam.

45 εἰς ἣν καὶ ἐλοιδορεῖτο] forte mulierculam uxorem tradens qua scorto abusus esset, uti etiam inferius liquet fecisse Basilio. sic Plutarchus λοιδορεῖσθαι εἰς δυσγένειαν.

46 τῇ νύμφῃ αὐτοῦ συμφθείρεται] nempe repudiata, ut habet continuator Vaticanus ἀλλόγως καὶ ἀναιτίως uxore propria.

47 ποιῆσαι παραίτησιν] *quo se ille munere abdicaret*. quod tamen minime consecutus est, obnitente Ignatio, donec per iniuriam depositus vique expulsus est. multis tragoediam prosequitur Vat. continuator, ut et Nicetas, auctorque vitae Nicolai Studitae.

48 τῶν ἀθέων Ῥῶς] narrat laudatus continuator, exque eo Cedrenus, brevi post missis legatis factos esse Christianos.

49 κυρίαν αὐτὴν ἔχειν] *illi honorem ceu dominae haberet*, eam observaret, nec tam sibi uxorem haberet quam Michaëli spurcissimo concubinam servaret; ex quo etiam pag. 468 dicitur Leonem suscepisse.

50 βάψαντες] vivifico nempe calice usi atramenti loco ad horrorem ac religionem sacramento conciliandam, quam tamen foede erant violaturi: quin neque alio animo iurabant quam ut deceptum iureiurando hominem urbe educerent, ac necarent. solus Leo hanc videtur historiam tetigisse: Vat. continuator Basilii forte reverentia pressit, in gratiam nepotis illius Constantini.

51 ἐν ταξειδίῳ] dicitur esse princeps, cum extra urbem vel animi causa vel exercitii sive etiam bellici apparatus moratur. producemus Pselli epistolas tomo altero ad imperatores aut eis comites, ἐν ταξειδίῳ; quibus nempe eorum temporum illustretur historia.

52 τὸν χρυσοπέρσικον χιτωνίσκον] P. Goar ad Codini cap. 19 caesiam tunicam exponit, quae velut Caesaris insigne erat. videndi illic docti illius Commentarii.

53 *ῥιβιτίσιον καὶ τζαγγία*] putem saccum imperatoris insigne cum calceis, quibus Basilius indutus dicitur a cubiculariis, superiniecta chlamyde; quo habitu Graeci imperatores passim induti cernuntur apud Chalcond. etc.

54 *εἰσαγαγεῖν ἐν σάκκῳ*] *sacco indutum producere*, tunica scilicet imperiali, uti etiam Iannes cum archiepiscopali pallio tumulo eductus est, *ἅμα τῷ ὠμοφορίῳ*: ut bis in Circo solenni ritu exuta cadavera vapularent ac tum cremarentur, uti factum est.

55 *γενεσίου*] *generalis logothetae.*

56 *ὁ Πέρσης*] hunc Persam ipsa hac pagina *Eulogium* appellat, cuius suasu Artabasdus palatii fores Basilio aperuit vimque papiae fecit.

57 *Ἀπελάτης ὁ Πέρσης*] ipse qui superiori pagina *Εὐλόγιος* dictus est, ac paulo superius absolute *ὁ Πέρσης*. nec video ut vox *Ἀπελάτης* sana sit, aut quid ad rem [Goari] *Ἀπελάκης*. melius *Ἀπλάκης*, cuius est alibi mentio, non ut sit ipse hic Persa qui Michaëlem occidit. quid si *ἀπελαθεὶς δὲ ὁ Πέρσης*?

58 *κίονα ὑποσυστημάτων*] *columnam compagem sustentantem.*

59 *ὁ δὲ θυμωθεὶς*] causam abrogati Photio episcopatus mitius refert Constantinus; nempe *ut et verum sponsum ecclesiae et filiis patrem ex canonum ratione redderet*, cessare iusso incubatore Photio, donec alterum dominus ad se transferret.

60 *τὸ δευτέρον αὐτοῦ*] sic emenda. *τὸ δεύτερον*: *Ignatium patriarcham iterum constituit.* tum sequatur: *ἐγεννήθη δὲ αὐτῷ Ἀλέξ. οὗτος παῖς* [*αὐτοῦ.*] *fuit hic eius filius, ac legitimus;* reliqui scilicet Constantinus et Leo Michaële nati erant, Ingerina Eudocia ei pellice.

61 *εἰς Τιβρικοῖς*] scribe ex Constantino *εἰς Τεφρικήν*, qui hanc clare expeditionem narrat. spectare Tephricem ad Armeniam ex eo colliges.

62 *ἐν τῇ Ἀφρικῇ*] emenda *ἐν τῇ Τεφρικῇ*.

63 *ἐβάπτισεν τοὺς Ἑβραίους*] minus rem cessisse advertit Constantinus, plerisque eo defuncto ad vomitum reversis. durius in eos egit Heraclius, qui poenis ad baptisma adegit; Basilius beneficentia magis invitavit.

64 *τὸ μετόχιον*] *septum, ambitus, porticus*: nam et *μετοχὴ* etiam *ὁ περίβολος* redditur.

65 *τῷ τοιούτῳ κτίσματι καὶ θεῷ*] quod scilicet aedificium ad dei honorem susceptum tanti faceret, ut in sua statua eius substerni fundamentis ambierit.

66 *Κωνσταντῖνος υἱὸς Μιχαήλ*] sic ingenue Leo, cum alii Basilii filium dicant. Cedrenus: *Κωνσταντῖνος ὁ πρεσβύτερος τῶν τοῦ Βασιλέως υἱῶν ἐξέλιπε νόσῳ πυρετικῇ.* Basilii filius hominum existimatione utpote Eudocia eius coniuge susceptus; idem tamen re ipsa Michaëlis, qui ea concubina uteretur.

67 *λῶρον φορέσαντος*] indumenti genus videatur, idque cultioris, quo imperator tanti templi a se extructi encaenia honorare voluerit. quid si *τὸ ἐπιλωρίκιον* explicatum ad Codinum de Officiis? *le saye royal.* sceptrum ea voce significari non facile persuadeor: taenias, quarum etiam usus in habitu Augustali, num significet, cogitet lector.

68 *γεγονότος ἀφανοῦς*] nihil hic emendandum. *ac ubi disparuit, vidisse se eum arbitrabatur, non fuisse delusum.* sic passim quibus praestigiatores eiusmodi imponunt.

69 lego *ἀκριβῶς μεμνημένος*: *tanquam in Apollonii secta diligenter versatus, ac artis magicae valde peritus.* nota Apollonii Tyanaei conficta miracula atque magia.

70 *ἐν τῷ τουβίῳ*] Constantinus, *τοῦ ὑποδήματος ἐντός.*

71 *ἀποσυνοψίζει Λέων ὁ βασιλεύς*] *paterna praesentia atque conspectu privatus erat*, nondum scilicet plene ei restituta paterna gratia, ad quam ei restituendam ea videtur lusa fabula, ut sicut proceres in convivio solvi carcere obtinuerant captata occasione ex psittaci Leonem memorantis ac velut deplorantis garrulo strepitu, sic populus in S. Eliae solenni processu, cui Basilius devotissimus esset, ac velut festi gratia indulgentiam absolutam paternumque successori solium ambiat. illuc enim illa exclamatio collineat, *gloria tibi domine*, subintroducto Leone ac praesente sub ipso patris processu, eiusdemque ad eam responsio. eiusdem vocis vis aperitur et pag. 483, ubi de Damiano refuga, cum quo Leo vellet mitius agi, dicitur *ἤθελεν ὁ βασιλεὺς ἀποσυνοψισθῆναι αὐτῷ*: exprimuntque Cedrenus et Anonymus *συγγνώμης τυχεῖν αὐτόν.* *hanc ei mitissimam poenam imponi ut in conspectum venire non liceret. se retirer pour un tems de la cour.* sic sequentia eiusdem Anonymi declarant: *ἐποίησε Σαμωνᾶς ἀπὸ ὄψεως μῆνας τέσσαρας ἐν τῷ Καίσαρος καθήμενος, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς βασιλικῆς ὄψεως καὶ ὁμιλίας κατηξιώθη.* sic de ipso Leone *ἐποίησεν ἀπὸ ὄψεως μῆνας τρεῖς*: quos istud secutum est.

72 *ἐκέλευσεν*] iniqua sententia: unde et Constantinus solum metum ex cervo refert, reliqua ut odiosa Basilio, silentio premit; illius magis laudum orator, quam rerum ab eo gestarum certus enarrator.

73 depositio, quam Santabarenus poscit ut nudus sacerdotio posset poenis addici, argumento est antiquae traditionis, ut ante depositionem, quae erat sacerdotum, nihil sibi laica potestas in clericos, praesertim episcopos permitteret. cui rei vindicandae studet Illustrissimi archiepiscopi Tolosani Petri de Marcas labor et opera.

74 adulterii consuetudinem cum Zoë habuisse Leonem docet Cedrenus etiam vivente Theophanone, ut ea causa fuerit propinati viro illius veneni.

75 *τὸ βασιλεοπάτωρ*] titulus a Leone inventus, idem fere qui *συμπένθερος* seu etiam *ὁ παραδυναστεύων*: cui tanquam patri imperator deferret, cuius maxime consiliis rem publicam regeret.

76 *Κακῶς διοικοῦντες*] *indebitis vectigalibus gravantes*. de Symeone plura auctor vitae Lucae iunioris tom. 2 Auct. decerptae, ac propediem plenius Boëlando mense Februario producendae.

77 *depositus est*, vetito forte Leone cum ea contrahere ob praecedens adulterium; forte etiam viri Zoës homicidium, quae monstra etiam ecclesia Latina arcet a nuptiis.

78 *τῷ βασιλεῖ Λέοντι ὁ Μουσικός*] sic bene Anonymus: *accusati sunt apud Leonem imperatorem Musicus*

79 *τοῦ τζυκανιστηρίου*] *ad descensum sphaeristerii*, siquidem *τὸ τζυκανίζειν* Acmeti est pila ludere. sic vero ex equis ludebant; adeoque fuerit haec quoque Circi pars, seu quid illi coniunctum.

80 emenda *κρατηθέντα*: *captum Nicolaum Hetaeriarcham in transitu, cum Ioanne urbe amandavit.*

81 *μυστικὸς ὢν*] de hac voce docte P. Goar ad Codinum pag. 599, ubi etiam militare vocabulum ostendit.

82 *ἀνακομίσας*] addit Cedrenus *ἐξ Ἐφέσου*: ubi nempe creditus S. Mariae Magdalenae tumulus, uti Lazari in Cypro.

83 *τῆς μεσοπεντηκοστῆς*] est hic dies Christi disputationis memoria assertaeque illi divinitatis, Graecis celebris medio tempore pascha inter et pentecostem, in quem laudatorios sermones Auct. tom. 1 produxi. sic aperte continuator Leonisque codex, quicquid ex eo male exscriptum sit. quo forte modo erratum ignoratione vocis et in Cedreno, ubi editum *πεντηκοστῆς* plura enim nescivisse legere ex suo co-

dice eum qui primo edidit liquet: unde et stomachum facit, quod nulla maiori collatione cum mss codd. exque iis emendatione a nostris recusus est.

84 *τὴν ἑορτὴν*] clarius Anonymus *τὴν τοιαύτην προέλευσιν*.

85 *ἄστεπτος*] Cedrenus: *ἐβίω χρόνον συχνὸν μετ' αὐτοῦ ἀστεφής*: *diu cum eo vixit nondum donata nuptiali corolla*, aut *celebratis cum eo nuptiis*: de hac enim, non de imperiali corona sermo est, quicquid sibi interpres indulserit: de qua etiam postmodum subditur, deposito ministro qui coronare praesumpsisset, ipsoque Leone sacris prohibito, abhorrente scilicet a quartis nuptiis Graeca pietate, quae vix tertias indulget.

86 *ἀπεσυνόψισεν δὲ ἐν τῇ αὐτοκρατορίᾳ τοῦ βασιλέως*] horum interpretem alium nolim quam Vat. continuatorem, ex quo sic Leonem scripsisse omnino coniicio, *ἀπὸ συνόψεως ἐν τῇ κουρατωρίᾳ τοῦ βασιλέως*. *egit menses quattuor aula exclusus in Bardae domo, quae imperatoris peculii ac fisci privati erat*. sic nempe confecto Barda eas sibi aedes Basilius addixerat; hocque est *κουρατωρία*, uti videre est p. 412 et 504. mirum quam excedant quae sibi interpres commentus est. vide et notata pag. 474, ubi et relata Anonymi verba quibus hic nitor. vox *μητατορίκιον* P. Goar explicata in Euchologio et apud Cedrenum.

87 *χιόνος*] Cedrenus *χρόνου* legit, cum sic effert: *οὐ πολὺ παρῆλθε καιρός*. etiam Anonymus, *χρόνου δὲ ἐπικειμένου πολλοῦ*. ubi restituenda negatio ex allato Cedrenus.

88 *τοῦ ἔχειν ἄνδρας*] Anonymus *τοῦ ἔχειν γυναῖκα ἄνδρας*. quid si utrumque sancire voluit, pariaque voluit feminae virique iura, *tum nimirum virum tres quattuorve uxores posse ducere, tum uxorem totidem viros*. non *κατὰ ταυτόν*, *simul et semel*, quod male adiecit Cedrenus (ineptum hoc opinari de viro alioqui sapiente ac probe Christiano, cui et doctissimi viri astipularentur, ut ipse fatetur Leo, nempe Occidentales qui non respuunt quartas nuptias, aliique iis addicti ac sanioris mentis, quos non lateret Romani maxime pontificis auctoritas dispensandi in iis quae sunt iuris duntaxat ecclesiastici, nec id universalis, sed peculiaris in Oriente, uti istud de tertiis et quartis nuptiis vetitis) sed ita ut defunctis aliae aliis succederent, sive etiam alii aliis, lege illa universali praesidium quaerens quartis illis suis nuptiis, quarum nomine Nicolaus patriarcha anathemate ferierat; adeoque scripserit Cedrenus quod et Curopalata, *κατ' αὐτὸν perinde ac ipse*, qui sic quattuor uxores duxerat. haeresim vocat Leo, uti fere Graeci calentiores, quicquid etiam eorum

disciplinae adversatur, nedum quod catholicae fidei contrarium est.

89 *μετὰ τῶν Ἀγαρηνῶν*] delenda vox *μετά*, ac supplendum ex Anonymo *ἀπεσκίρτησε, μὴ τοῦτο ποιῆσαι καταδεξάμενος*.

90 *φατλίου τρακτοῦ*] *intra bacillum cerae candidae; intra cereum.* *ὁ τρακτὸς κηρὸς* Aëtio *cera alba*, et *τὸ τρακταΐζειν* V. Lexico ex Phavorino *dealbare* est, quod in cera pinsendo fit. de cinibari docte Stephanus in Appendice.

91 *ὥστε μὴ δυνηθῆναι*] *μόλις δυνηθῆναι*, ut quamvis aegre admodum, tamen affuerit atque oraverit *κατὰ τὸν βασιλικὸν τύπον*, *pro eo ac orare Romanos imp. erat usu receptum.* suppetunt ex Naudaeano, nunc Card. Mazarini codice tres eius orationes hoc argumento, Bibliothecae nostrae concionatoriae cum aliis eius inserendae.

92 *χαρτοθεσίων τῆς πατριαρχικῆς σακέλλης.* sic bene Anonymus. *oarmariis mnibus patriarchalis sacelli sive thesauri combustis.*

93 *σναγρου στοιχεῖον*] *apri simulacrum, velut ad coelestis signi rationem illi compositum.* *στοιχειωματικοὶ* dicuntur qui figuras eiusmodi astronomicas superstitiose efformant.

94 *Συμεὼν παρασεσκευάζετο*] foede haec mutila, ac nullo sensu, ex Anonymo et Cedreno supple: *εἰρήνης, ὡς ταύτην ἀσπάζοιτο, καὶ τοῦ φιλοφρονεῖσθαι αὐτὸν καὶ τιμᾶσθαι, ὥσπερ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Λέοντος. ὁ δὲ ἀνοίᾳ καὶ ἀφροσύνῃ κρατηθεὶς τοὺς πρέσβεις ἀτίμως ἐξέπεμψεν, ἀπειλαῖς χρώμενος κατὰ Συμεών, καὶ καταπλήττειν οἰόμενος. τῆς οὖν εἰρήνης διαλυθείσης Συμεών.*

95 *δουκὶ τῶν σχολῶν*] insolens titulus, nec nisi errore librarii ac textus mutilatione natus. emendandum ex aliis *τῷ Δουκός, ἄλ. Δουκί, τῶν σχολῶν Δομεστικῷ* *Constantino ducis filio* (*sive etiam Duci*) *scholarum domestico.*

96 *ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ὑπεχώρησιν*] Cedr. *ἄρας ἐκεῖθεν εἰς τὸ ἱπποδρόμιον παραγίνεται. se in Circum subduxit.* difficile mihi, uti et Xylandro, quomodo a Circi porta submotus, profectus inde in Circum venerit aut se in eum subduxerit. non enim congruit quod redditum est, *Circo se subducit:* nisi forte per aliam portam, maiorive impetu in Circum perrupit, tumque eo occupato ad Chalcem ipsam palatii portam penetravit, in qua gravis illa pugna conserta fuit. sic equidem existimo.

97 *πολλοὺς τῶν ἐν τέλει*] cum Anonymo, vel *πολλοὺς τῶν συγκλητικῶν* cum Cedreno.

98 *καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς Στέφανον*] sic etiam alii.

99 *ἀντὶ στέμματος*] addunt alii *ὥς φασι*, ut rem sola vulgi fama notam minusque exploratam ostendant.

100 de Patzinacibus, quamque eorum societas e re Romana foret, ipse multis Constantinus de Administrando imperio.

101 habet Cedrenus *πρὸς τῷ Ἀχελώῳ φρουρίῳ*: ex quo etiam Ortelius sibi oppidum facit in Bulgaria. Leoni consentit Anonymus: ex quibus totaque serie corrigendus Cedrenus, qui hanc cladem non Romanorum habet sed Bulgarorum: *τρέπονται κατὰ κράτος οἱ Βούλγαροι*. certe *Ῥωμαῖοι*, quorum et ipse stragem prosequitur.

102 ex Anonymo et Cedreno supplendum ac emendandum. *Ῥωμανοῦ γεγονότος, ἐπειδὴ οὗτος ὀπίσω τοῦ παρακοιμωμένου Κωνσταντίνου περιπατῶν ἀνήρπασεν αὐτὸν — ἐφώνησεν, παραχρῆμα.*

103 *τὸ γὰρ ἅγον εἶχεν αὐτὸν*] Anonymus *ἦγεν*: malim *ἄγος*, ut vocem *εἶχεν* retineamus; nec enim ita *τὸ ἅγον* aut *τὸ ἀγών*, quod emendat interpres, satis congruit: ut sit, *eum enim tenebat rei religio*, deterrebat piaculi conscientia, quod sic nempe in aulam irrumperet. explicat Cedrenus vix a suis potuisse adigi ut rem praestaret ac ad Bucoleonem cum classe accederet. sin *τὸ ἦγεν* placeat, sic exponam: *qui res agit ac moderatur, eum incitabat; urgebat fatum*, ut ita ad imperatorium apicem proveheretur; quod nec ipsum dissonat ab illa eius cunctatione ac trepidatione, quam dei decreto perurgente ita consilio superaverit.

104 *Ἀδνουμίου γενομένου*] *facta militum recensione.* est enim, inquit Suidas, *ἀπογραφὴ ὀνομάτων παρὰ Ῥωμαίοις.*

105 *ἑβδομάριον*] minorem dicas cubicularium. erant enim hebdomarii iuvenes septimanatim cubiculo servientes, quibus praeerant *οἱ κοιτωνῖται* seu *κουβικουλάριοι*, his *ὁ προκαθημένος*: superior omnibus erat *ὁ παρακοιμώμενος*. qua de re bene Meursius ex Codino ipsoque Constantino.

106 *μετὰ τὴν τοῦ Ἀδρελαστοῦ τελευτὴν*] prosequuntur Anonymus et Cedrenus quae spectant ad Rentacium, ex quibus sarcienda erant quae librarii festinatione desunt in Leonis cod. Regio.

107 *τὸ τοποτηρήτην*] mihi suspectum, malimque cum Cedreno *ταγματάρχην qui tribunus esset*, non qui Pothi vicarius. huius Pothi cum laude meminit auctor vitae Luc. iunioris.

108 πρωτοκαράβου] forte remigum principe, sive etiam αρχιθαλάσσου, quem admiralium vocamus.

109 ὑποβιβάζει] *superiore gradu deiicit;* secundarum partium imperatorem facit. sic enim multis Augustis penes unum prima erat ac suprema auctoritas, reliquis eidem subiectis.

110 τῶν βασιλικῶν] Cedrenus τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας, non ita bene, quod et secutus interpres: aperte enim distingunt Leo et Anonymus. sint nobis οἱ βασιλικοὶ quos peculiarius vocamus *domum regiam*, viros scilicet aulae ministeriis regisque ipsius obsequiis addictos; quorum etiam partes non extremae, quoties rege praesente nostri Marte decernunt.

111 ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ] supple ex Anonymo τῷ ὑπ' αὐτοῦ μοναστήριον ἀμειφθέντι, *quam ille in monasterium mutaverat:* non enim in profana domo sepulta. Cedrenus ἐν τῷ Μυρελαίῳ, quod eius monasterii nomen est, ut et ipse Leo paulo post vocat.

112 curopalata hic honoris titulus, non officium in aula.

113 ex Anonymo et Cedreno supplenda: τοῦ οὕτως ἐπονομαζομένου Μωρολέοντος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον Θυμολέοντος.

114 μυστικὸν καὶ παραδυναστεύοντα πατρίκιον καὶ Ἀνθύπατον] sic bene continuator et Cedrenus, ut tantus hic dignitatum cumulus invidiam provocaverit.

115 ἰνδικτιῶνος γ'] sic et Cedrenus. at melius continuator ιγ'.

116 Ἀπολασάθ] Anonymus Ἀποσαλάθ, Cedrenus Ἀποσβλάθ, quod affinius continuatori, exque eo tantisper depravatum.

117 ἄρκλας] velut *domunculas, tuguriola.* describit Choniates in Alexio Comneno.

118 τὰ μηνιαῖα τριμήτια] *menstrua trimitia.* trientes verterat P. Goar ad Cedrenum. liquet esse genus monetae apud Theophanem in Copronymo.

119 τῇ δὲ ψυχῇ καταλλήλῳ τῶν λόγων ἐπεντρυφᾶν ἡδονῇ. οἷς ἐκεῖνος ἐπιμελῶς προσέχων τὸν νοῦν, τὴν ψυχὴν] Anonymus. en quales lacunae: sed expectandus ipse auctor. sequitur in eodem de Romani erga monachos sanctitate celebres devotione, apud quos occasionem nactus cum lacrimis sua deponeret peccata. notavi in Copronymo eum pium morem ecclesiae Graecae, ut in ea vix alii πνευματικοὶ sint ac confessarii quos vocamus, quam monachi probatioris vitae.

120 *ἐτησίως ῥογὰς ἐξαποστέλλων. ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα τῶν ἀπείρων*] haec hactenus, ne sic hians sit litera: expectanda pleniora.

121 *Βουλγάρων τοῦ Συμεὼν*] Anonymus *μεγιστάνων τοῦ Συμεών*, ut nec illi vox ea redundet, uti P. Goar existimavit. *Ioannes cum aliis Bulgaris Symeonis proceribus*, qui scilicet bello et caedibus assueti Symeoni navassent operam, aegreque ferrent in tranquillum mutatum rerum statum Petro illius filio gentis principe, quem ideo amotum vellent, translato principatu in alterum fratrum Ioannem vel Michaëlem, cuius etiam omissam hic rebellionem continuator et Cedrenus prosequuntur.

122 *κοσμίτης ἔπεσεν ἐν τῷ φόρῳ ἐκ τῶν ἐν τοῖς στοιχηδὸν ἱσταμένοις ἐκεῖσε κιόσι ἐπικειμένων*] Anonymus. Cedrenus *ἐκ τῆς ἀψῖδος ex fornice*, qui et 60 occisos numerat, ubi alii sex duntaxat.

123 lacunam post vocem *Ἀγαρηνῶν* ita expleas, quantum huic loco sufficit: *καὶ διὰ τὸ περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἠβουλήθη ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἔγγονον Ῥωμανὸν τὸν ἐκ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ θυγατέρα ἀναλαβεῖν. φθόνου δὲ αὐτῷ τῆς τοιαύτης ἕνεκεν ὑποθέσεως παρὰ τῶν λοιπῶν βασιλέων κινηθέντος, παύει τῆς ἀρχῆς, εἴκοσι καὶ δύο χρόνους καὶ μῆνας ἑπτὰ δομεστικὸς ἀδιάδοχος τελέσας. Δομεστικὸς δέ.* plura de eo aliisque expectata continuatione.

124 *δῆμοι κατέπεσον*] *subgrundae ceciderunt in Circo. et comminuerunt subsellia et cancellos. τὰ βάθρα* Anonymo et Cedreno, quae Leoni *μάρμαρα λεγόμενα στήθεα.*

125 *προειρημένη*] Anonymus *προηγουμένη*: quod et congruit, velut dicat, *cum de iisdem ex instituto in sequentibus disseram.*

126 *προτελευτᾷ*] *praemoritur*, nempe Constantino genero, qui imperatorem adlegerat. eius reliquas res prosequitur Vaticanus continuator, qui et ipse in Romano Constantini filio filum abrumpit, sive eius totam historiam non absolvit, sive codex mutilus existit.

INDEX GRAMMATICUS

AD LEONEM.

Epilogus librarii.

Editore Berolini absente operae Bonnenses, correctorem nacti socordiorem, hoc Corporis Byzantini volumen mendis inquinarunt, quod malum ne longius serpat cavebitur: nunc lege p. 6. v. 3. *καρπῶν* 7, 11. *εἴποι* 12, 7. *γενόμενος* 13, 23. *εἰσέτι* 31, 16. *πολὺν* 33, 23. *ζηλωτὴς* 46, 8. *ἀξιώσας* 49, 2. *καταλύεται ἢ* 50, 10. *Δημήτριος* 50, 23. *ὄντων* 51, 22. *στρατηγόν, ὃς* 63, 10. *Ἰώσηπος* 64, 9. *ἐκχωρῆσαι* 68, 6. *Τραϊανός* 69, 10. *Ἀδριανὸς* 70, 21. 15\|16. 73, 7. *διαδέξεται, καὶ* 74, 16. *Ὠριγένην* 74, 17. *διατρίβοντα* 81, 8. *ἁλωθέντων, ὑπὸ* 86, 8. *ἀντεπέστειλε* 86, 10. *ἐπιγράψας* 88, 4. *ναῷ τῶν ἁγίων* 91, 11. *αὐτῷ,* 92, 16. *οὐκ* 103, 1. *Ἀνάστασιν* 105, 22. , *εἰ* 110, 19. *κτίσεως, καὶ* 117, 5. *ἐτύγχανον* 118, 1. *γράφει* 121, 3. *τοῖς* 121, 22. *πενίαν* 121, 24. add (i. e. addidit) 122, 23 15\|14. 123, 19. *Κωνσταντινούπολις* 124, 24. *κακὰ* 129, 23. 14\|13. 130, 15. , *ἅπερ* 130, 20. *Βιθυνῇ* 132, 10. *πλατύς,* 132, 11. *ὀξύθυμος* 133, 17. *βεβαιῶ* 133, 23. *ἀπορίαν* 142, 18. *κινδύνου* 145, 16. *γέγονεν* 146, 12. *μεταξὺ* 147, 1. *κεφαλὴν* 147, 19. *ὀλίγον* 150, 22. *θεοῦ* 159, 2. *τοῦ* 159, 12. *ὡς ἀγένειος ἀπελθὼν* 160, 16. *κεκοσμημένον* 161, 19. *ᾐχμαλώτιζον* 163, 22. *τῷ* 167, 21. *ἐχθρῶν* 168, 8. *Ἄνναν* 170, 14. *αἰσχρῶν* 171, 1. *εἶς* 172, 19. *τούτους* 173, 19. *ὡδέ* 174, 18. *μυοῦνται* 175, 8. *καὶ εἰς τὰ* 175, 21. *ὃν* 176, 10. *βασιλείας* 176, 13. *παιδόθεν* 179, 22. *υἱὸν* 181, 7. *ἁγίων* 181, 14. "*οὐδὲν* 183, 1. *ὡς* 184, 3. *ἐπὶ* 185, 15. *ἐλεεινὴν* 187, 8. *τῶν* 187, 15. *περικυκλῶσαν* 188, 4. *ἀλλὰ* 189, 6. *μανθάνει, γράφει αὐτῷ* 190, 22. *θεμάτων* Cramerus, *θεαμάτων* cod. 192, 1. *παλατίου καὶ* 194, 15. *βασιλεὺς* 194, 17 *μηδ'* 195, 25. *ἀθέων* 195, 26. *Κωνσταντίνου* 201, 14. *ἐπίορκον* 201, 17. *καθαιρέσιν* 201, 22. *οὗ* 202, 3. *οἶκον* 202, 13. *ὃς* 203, 9. *προφήτης*

204, 16. *ἐκείνου* 205, 9. *υἱὸς* 206, 1. *ἀρχιερωσύνης* 206, 3. *κουροπαλάτης* 207, 23. *εἰρ.* 207, 21. *ἀφορμῆς* 209, 1. *γοητείαις* 209, 19. *ὑπεσχημένα* 211, 12. *ἀπαιδευσίας* 211, 20. *ἀγυρτώδη* 213, 8. *μήτηρ* 218, 11. *Πετρωνᾶ* 220, 21. *κατὰ* 222, 9. *ἄκοντα* 223, 12. *αὐτόν;"* 224, 16. *ἐκπορθήσεις* 225, 24. 1.—1.|7.—10. 228, 4. *δυσεντερίᾳ* 229, 16. *ἀπέχθειαν* 240, 3. *Βάρδα* 240, 10. *πληγεὶς τὴν ψυχὴν τὸν* 241, 11. *τὸν κίνδυνον* 242, 23. ?] P. 243, 7. *συνεσκεύαστο* 246, 6. *Βασιλείου* 248, 22. *μαγγλάβια* 258, 16. *κόσμῳ* 260, 5. *εἰπὼν* 265, 5. *ποιήσῃς* 268, 18. *Λέοντα* 271, 11. *παρατυχοῦσιν* 271, 15. *ἐξήγαγεν* 272, 23. *Ζωης* 280, 14. *τοιαύτην* 286, 10. *διαπραττόμενος* 294, 18. *δὴ] τὰ* 300, 12. *τὸν* 317, 13. *ὑπεῖξεν.*

INDEX GRAMMATICUS

AD EUSTATHIUM.

INDEX HISTORICUS

AD LEONEM.

INDEX HISTORICUS
AD EUSTATHIUM.

BONNAE, TYPIS CAROLI GEORGII.